

A Item & in eo quod verat 1. Cor. 12. In hoc spiritu positus (quod illi, peculiare est, pro: loquens) nemo vquam dicit anathema Iesum pro: Iesu, quamquam illud legant etiam quidam Latini codices.

134. In hunc quisvis blasphemauerit, &c. ] Partim istud repe- ritur Marc. 3. nempe illud: blasphemauerit, partim Matth. 12. illud nempe: non tantum in isto saeculo, verum etiam nec in futuro.

C A P. XXX.

135. Et haec quidem de Patre & Filio & Spiritu sancto, &c. ] Ti- tulum huic capiti imposuimus: Nihil praedictis obstare fidem vnus Dei. Atqui quum non semel hic vgeat duos Deos non dici, etiam si Pater Deus, & filius Deus dicitur, nulla repetit a mentione Spiritus sancti, etiam hac de causa hunc librum pro se tamquam B. Cypriani citare solebant Pneumatomachi, verum non tam caute scribebant Veteres. Et vero quum id ipsum argumentum traahatur supra Tom. 3. a Tertulliano libr. aduersus Praxean, capite 13. & 18. etiam de Spiritu sancto, & hinc patet, non esse hunc librum Tertulliani. Legimus autem mox ex ms. codice. Anglic. quia vnus Deus & per scripturas promittitur, pro eo quod corrupte legebatur: vnum Deum.

136. Tam enim illi, &c. ] De duobus his generibus haereticorum, c. 18. Paulopost autem legimus: Si vnus Deus, Christus autem Deus, &c. omnia superflua voce: Christi. Supplemus etiam ex Angl. ms. cod. Christum esse contendunt.

137. Ego sum, inquit, Deus, &c. ] Hic differt quod verat: & non est praeter inustus & saluans, pro eo quod Latinus Interpres LXX. Isai. 45. iustus & saluator. Deinde: & nemora in statera, quum lega- tur Graca nis vnus, quod verit ille Isai. 40. rupes, sed vtrumque vox Graca significat, & magis proprie quod habet Auctor. Item: vt sciant omnes, pro: vt fiant omnia regna terrae, iuxta editiones om- nes 4. Reg. 18 ex Isai. 77.

138. sed humani erroris praesumptione, qua haeretici esse volue- runt, &c. ] Sic ex ms. cod. Angl. pro quia. Adluit autem auctor ad si- gnificationem vocis: haereticis, quae ab electione deriuatur, atque adeo non nisi voluntate suscipitur, sicuti supra latius To. 3. li. de praescrip- tu. ad haeret. ca. 6. Supplemus vero ex ms. Angl. cod. paulopost: vnus in scripturis bonus dictus est Deus, & deinde legimus: Ac, si non pu- tant, &c. pro: At, si.

C A P. XXXI.

139. Est ergo Deus pater, &c. ] In inscriptionem huic capiti fecimus: Epilogus libri: De Deo Patre & Filio. Vbi iterum nullam Spiritus sancti mentionem facit, quod pro se rapiebant Pneumatomachi. Sup- plemus autem ex Gagnao: qui non in sono percussus acis.

140. cuius sacre & diuinae natiuitatis, &c. ] Adluit ad illud Isai. 53. Generationem eius quis enarrabit: Quod de aeterna natiuitate eodem prorsus modo, interpretatur B. Ambr. li. 1. de Fide ad Gravian. capite 5. B. Cyrillus in Isaiam, & Beatus August. Epist. 150. ad Elpi- dium.

141. quia & pater illum etiam quadam ratione praecedit, &c. ] Sic legimus ex ms. Angl. cod. pro: quia, qui etiam omittit illa, quae ex- plicationis causa, ne Arrianis videatur fauere, addidit Gagnaus, nempe: quadam ratione, quodammodo, & aliquo pacto, verum maluimus in contextu relinquere, vt nemo hinc errandi ansam su- mat. Quamquam interim contra illos sufficiat illud quod promitti- tur: Semper enim in patre, ne pater non semper sit pater, & quod haud procul a sine huius ca. habet: principium natiuitatis ante om- ne tempus accipit Ex quo constat, quum dicit: patrem praecedere, priorem esse, & antecedere, id solum se intelligere, uti subiungit: qua pater sit. Eodem modo itaque intelligendum quod iterum dicit: cum patre postmodum fuit, & quae habet ms. cod. Angl. eadem de causa etiam a nobis praetermissa: & merito ipse est ante omnia, sed post pa- trem, ac: secundam personam efficiens post patrem, qua filius. At- qui non potuimus non supplere ex ms. Angl. intermediam periodum antea desideratam post illud: Ille qui originem nescit, nempe: Simul vt hic minor sit (quod etiam caute legendum) dum in illo esse se scit, habens originem, quia nascitur, & per Patrem quodammodo, quamuis originem habet qua nascitur, vicinis (vox corrupta) in nati- uitate, dum ex eo patre qui originem solus non habet, nasci- tur.

142. Hic ergo quando pater voluit, processit ex Patre, &c. ] Improprie hic pro cessione filio Dei tribuit, quam Patres postero- res ad distinctionem personarum soli Spiritui sancto. Legimus vero, & distinguimus paulopost ex eodem ms. Angl. cod. Si enim natus non fu- illet innatus comparatus cum eo qui esset innatus, aequatione in vtroque ostensa, &c. pro: ostensi, quod corruptissime legebatur. Sup- plentes paulopost ex eodem codice duas periodos & dimidiam, quae de- siderabantur post illud: & ideo duos adprobasset etiam Deos, omi- tentes illud: Christus autem non innatus est. Idque in haec verba: Si inuisibilis fuisset, cum inuisibili collatus par expressus duos inuisi- biles offendisset, & ideo duos comprobasset & Deos. Sincom- prehensibilis, si & cetera quae cumque sunt Patris, merito, dicimus, duorum Deorum quam ita confingunt controuersiam suscitasset. Nunc autem quid quid est, non exte est, quia nec innatus est: cui addendam ex excusis, sed ex patre est, quia genitus est.

143. Siue dum verbum est, &c. ] Scripturas antiquiores, quibus dicitur Christus: verbum, virtus, sapientia, filius Dei, vngenuus,

& primogenitus, ad marginem adnotauimus. Castigamus autem & distinguimus ex Anglic. cod. ms. Quo genere dum, &c. ex illo est qui (pro: quia) originem non habet, vnus est, & cum: Gagnao sup- plemus: Idcirco vnum Deum adseruit (nempe scriptura) & ex ms. cod. Angl. initium potius & principium. Legentes iterum cum Ga- gnao: Filius autem nihil ex arbitrio suo gerit, pro eo quod substitue- rat Gelenius: Idem est denique quod nihil, &c. Est autem etiam hoc caute legendum, quod patet: voluntatis minister vocet, quod solummodo verum est de Christo secundum humanam, non vero diuinam naturam. Atqui ex ms. cod. Angl. iterum supplemus paren- thesi interiectum: Nam quum id sit principium ceteris quod innatum est, (quod Deus solus pater est qui extra originem est, et quo hic est qui natus est) dum qui ex illo nascitur, &c. Item paulopost. Cuius sit diuinitas traditur, vt non aut dissonantia aut inaequalitate di- uinitatis.

144. Subiectis enim ei quasi filio omnibus rebus a Patre, &c. ] Adluit ad illud Apostoli Rom. 8. qui subiecit ei omnia. Et vero hic iterum supplemus post haec verba ex ms. Angl. cod. dum ipse cum his qua illi subiecta sunt, Patri suo subicitur. Legentes mox: dum, &c. rursus Patri (pro: illi) remittit. (omittentes vocem: vnde, intermedia- am) vnus Deus ostenditur, verus & aeternus pater. Supplentes paulopost: & principium ipsius quoque filii sui. Ceterum valde obscu- rum est, & quantum apparet, corruptum aut mutilum: manente in illo quod etiam audius est, sicut etiam quod antea legebat Gagnaus: manente in se quod addit ab illo. Sed sicuti alia multa, ita & hoc aliis castigandum relinquitur.

ARGVMENTVM EISTOLAE DE CIBIS IVDAI-

CIS PER IACOBVM PA- melium.

**I**OVATIANVS Presbyter Romanus (seu quis- quis alius huius Epistola Auctor in secessu suo, te- pore persecutionis Deciana, variis fratrum litteris pronocatus, aduersus Iudeos post superiores duas Epistolas DE CIRCVMCISIONE ET SABBATO, etiam hanc DE CIBIS IVDICIS edi- dit.

In primis autem legem spiritalem esse tradit, & proinde quum cibis primus hominibus solus arborum fructus fuerit, & vnus carnis accesserit, legem postmodum subsecutam, quae cibos discernens, quaedam quasi munda concessit animalia, quaedam interdixit quasi non munda, spiritualiter esse intelligendum. Praesertim quum pronuntiata sint omnia valde bona, & etiam immunda anima- lia ad sobolem in Arca Noe reseruata sunt, quae alioqui possent au- ferri, si propter inquinamentum suum debuissent aboleri.

Non culpanda itaque immunda animalia, ne in auctorem culpa reuocetur, sed quando irrationale animal ob aliquid reicitur, magis illud ipsum in eo qui rationalis est homine damnari, in animalibus proinde mores humanos & actus & voluntates de- pingi.

His accessisse & aliam causam, cur multa à Iudeis ciborum genera tollerentur, ad coercendam intemperantiam populi vni Dei seruituri.

Et vero fuerit tempus aliquod, quo ista vmbra vel figura exer- cenda, postquam sinus Legis Christus superuenit, omnia iam dici ab Apostolo munda mundis, & cibum verum & sanctum esse, si- dem rectam ac immaculatam conscientiam.

Sed non ex hoc, quia libertas ciborum concessa, luxuriam per- missam esse, nec continentiam sublata aut reuincia. Haec enim vel maxime decere fideles, oraturos scilicet Deum, & acturos ei gratias, non diebus tantum, sed & noctibus.

Cauendum etiam esse, ne quis licentiam istam in tantum probet profusam, vt ad immolatam idolis possit accedere.

Ceterum huius Epistola quaedam verba cap. III. descripta sunt à Hrabano nostro (de quibus ibi Iarus) Commentum in Leuiticum: verum neque ms. cod. Leodiensis, neque excusis, ad marginem pro more illius adnotatum habent Auctoris, ex quo desumpsit, no- men. TERTVLLIANI autem hanc Epistolam (quantum- tum ex stylo & scripturis aliter translatis, satis constat tum etiam quod secessus sui persecutionis tempore meminerit, qualem Tertullianus vbique impugnat, & maxime Libro de Esiga in per- secutione. B. CYPRIANO adscribendam aliquando existi- mauimus ob similem inscriptionem & initium cum libro illius de Spectaculis, sed in reliquis stylo illius non conuenire animad-

B

C

D

E

F

I.

II.

G

III.

IV.

V.

VI.

VII.

H

VIII.



A uertimus. NOVIATIANO itaque adscribere maluimus, tum quod B. Hieron. Epist. 123 ad Damasum de 5. quæst. scribat, Latino sermone à Nouatiano editas quæstiunculas, De animalibus mundis & immundis, tum quod idem Catal. Script. Eccles. & eius Interpretes Sophronius, & post eos Honorius Augustudunensis ac Trithemius, inter eius scripta vnum DE CIBIS IYDAICIS recenseant. Quod etiam titulo EPISTOLAE insignitum

fuisse colligitur ex Epist. eiusdem B. Hieron. 21. ad Paulum ConCORDIENSEM, vbi opuscula illius Epistolæ nuncupat. Atqui hanc primus edidit Gagnæus Theologus in editione sua Parisiensi, castigauit deinde Gelenius ad Britannicum codicem ms. Nos denique ex coniecturis quibusdam Dn. Latini & nostris iterum recognouimus, & Argumentum ac Adnotationes recens adiecimus.

# NOVIATIANI, ROMANÆ ECCLESIAE PRESBYTERI, DE CIBIS IYDAICIS EPISTOLA.

## NOVIATIANVS PLEBI IN EVANGELIO PERSTANTI SALVTEM.



EST mihi, fratres sanctissimi, exoptatissimus dies ille, & inter præcipuos beatosque referendus est, quo litteras vestras & scripta suscipio (quid enim me aliud nunc faciat liberiorē?) tamen non minus egregium diem & inter eximios arbitror computandum

quo similes vobis affectu debitæ caritatis remittens, & ego ad vos compari voto litteras scribo. Nihil enim me, fratres sanctissimi, tantis constrictum vinculis tenet, nihil tantis curarum ac sollicitudinum stimulis excitat & exagitat, quam ne iacturam vobis quandam, per absentiam meam putetis illatam, cui remedium conitor dare, dum elaboro vobis me præsentem frequentibus litteris exhibere. Quamquam ergo, & officium debitum, & cura suscepta, & ipsa ministerii imposita persona hanc à me litterarum scribendarum exposcant necessitatem, tamen vos illam plus exaggeraris, dum me ad scribendum frequentibus litteris prouocatis, & pronum me licet, ad ista caritatis sollempnia magis impellit, dum sine cessatione in Evangelio vos perstare monstratis, ex quo efficitur, vt & ego vos litteris meis non tam instruum iam eruditos, quam incitem paratos. Nam qui sincerum Euangelium & exeretum ab omni peruersæ labe doctrinæ non tantum tenetis, verum etiam animose docetis, magistrum hominem non queritis, nisi rebus ipsis doctores esse monstratis. Currentes igitur vos exhortor, & vigilantes excito, & aduersus spiritalia nequitie dimicantes alloquor, & ad brachiū cursu vocationis in Christo tendentes impello: vt tam hæreticorum sacrilegis calumniis, quam etiam Iudæorum otiosis fabulis calcatis & reiectis, traditionem solam Christi doctrinamque teneatis, vt condigne auctoritatem vobis eius nominis vindicare possitis. Quam vero sint peruersi Iudæi, & ab intellectu suæ legis alieni, 4 duabus epistolis superioribus, vt arbitror, plene ostendi, in quibus probatum est prorsus ignorare illos, quæ sit vera circumcisio, & quid verum sabbatum, quorum adhuc magis ac magis cæcitas reuincitur in hac epistola, in qua aliquid de cibis ipsorum breuiter differitur: hinc etenim se solos sanctos, & ceteros omnes estimant inquinatos. [S] Itaque in primis illud collocandum est, legem spiritalem esse: quam si spiritalem negant, utiq; blasphemant: si deuitantes blasphemiam, spiritalem consentunt, spiritualiter legant. Diuina enim diuine sunt recipienda, & sancta sancte utiq; asserenda. Ceterum culpa grauis inuritur, si terrestris & humana sarcis & spiritalibus litteris doctrina præstatur, quod vt ne fiat cauendum est. Caueri autem potest, si quæ à Deo præcepta sunt sic tractentur, ne auctoritatem eius im-

minuant assumpta, ne dum quædam impura & non munda dicuntur, institutio illorum infamem reddiderit institutorem. Videbitur enim reprobando quæ fecit opera propria damnasse, quæ quasi bona probauerat: & in vtroque inconstans, quod hæretici quidem volunt videri, denotabitur: dum aut quæ non erant munda benedixit, aut quæ benedixerat, quia & munda & bona, postea reprobauit quasi non bona: quippe quia non munda: cuius consequenter enormitas perpetua manebit & controuersa, si perseuerat ista Iudaica doctrina, quæ omnibus viribus amputanda est, vt dum quid enormiter ab ipsis traditur, à nobis tollatur: & operum suorum competens dispositio & diuinæ legis cõgtuens, & spiritalis illatio remittatur. Sed vt ab exordio rerum & vnde oportet incipiam, cibus primis hominibus solus arborum fuit factus & fructus. Nam à pomis vsum postea ad fruges contulit culpa, conditionem cõscientiæ ipso situ corporis approbante. Nam & innocentia decerpturos alimenta ex arboribus, adhuc sibi bene conscios homines, ad superna subrexit: & commissum delictum ad conquirenda frumenta homines terræ soloque deiecit. Postea etiam vsum carnis accessit, diuina gratia humanis necessitatibus cõpetentia ciborum genera prorsus opportunis temporibus porrigente. nam & teneros & rudes homines alere debebat mollioribus, & non sine labore confectus, ad emendationem scilicet, ne iterum liberet delinquere, si innocentiam impositus labor non admoneret. Et quia iam non paradus custodiendus, sed mundus totus fuerat excolendus, robustior cibus carnis offertur, vt ad emolumenta culturæ plus aliquid humanorum corporum viribus adderetur. Hæc omnia gratia (vt dixi) & dispositione diuina, ne aut minus redderetur robustioribus, quo referti ad opera marcescerent, aut amplius tenerior, quo pro modo virium oppressi ferre non possent. Lex autem postmodum subsecuta cibos carnis cum discretione disposuit: quædam enim ad vsum, quasi munda contribuit & concessit animalia, quædam interdixit quasi non munda, & ipsos edentes inquinatura. & mundorum quidem hanc formam dedit, 6 vt quæ ruminacione ruminent, & vngulas findant, munda: immunda, quæ neutrum horum vel alterum faciant: sic in piscibus quoque eadem munda essent: quæ cooperta squamis & armata remigijs atque contra hæc esse non munda. Alium quoque discrimen induxit, quidque aut reprobū iudicaretur, aut mundum Ita lex solertiā maximam faciendæ animalium separationis instituit, quæ in vnam benedictionis formam constitutio antiqua contraxit. Quid igitur dicemus: immundane ergo animalia: quid est enim aliud, non munda, quam quæ lex à

ciborum

Cap. I.

C

Ephes. 6.  
Philip. 3.

D

Cap. II.  
Rom. 7.

Ge. 1. & 9.

G  
Gen. 1.  
Gen. 3.

Gen. 9.

Leui. II. &  
Deut. 14.

H

Ibidem.



**A** ciborum vsibus separauit? Quid enim & illud quod iam diximus, ergo institutor non mundorum Deus, & culpa factorum in artificem redundabit, qui non munda produxit: quod utique dicere extremæ summæque dementiæ est, Deum accusare quasi instituerit immunda, & diuinæ maiestati crimen inferre, quasi fecerit reprobatur præsertim cum & pronuntiata sint valde bona, & quæ bona ut crescerent & multiplicarentur, benedictionem ab ipso Deo sint consecuta, insuper etiam in arca Noe præcepto creatoris ipsorum ad sobolem seruata, ut & necessaria probarentur dum custodiuntur, & bona dum necessaria probarentur, 7 licet ibi quoque crimen sit adiectum. Sed tamen vel tunc institutio istorum non mundorum funditus potuisset auferri, si propter inquinamentum suum debuisset aboleri.

Gen. 1.  
Gen. 7.

Cap. III.  
Rom. 7.

**B** [8] Quatenus ergo (ut Apostolo auctore monstrauimus) spiritalis lex ista spiritaliter recipienda est, ut legis ratio diuina & certa præstetur? Primo credendum est, quicquid est à Deo institutum, mundum esse, & ipsa institutionis auctoritate purgatum: neque culpandum, ne in auctorem culpa reuocetur. Deinde legem ad hoc filiis Israel datam, ut per illam proficerent & redirent ad mores bonos, quos cum à patribus accepissent in Ægypto, propter consuetudinem barbaræ gentis corruperant. Denique & decem sermones illi in tabulis nihil nouum docent, sed quod oblitteratum fuerat, admonent: ut iustitia in illis ignium more, quasi adflatu quodam legis sopita recalesceret: proficere autem poterant intellectu plus in hominibus vitia fugienda, quæ lex damnalet etiam in pecoribus. Nam quando irrationale animal ob aliquid reicitur, magis illud ipsum in eo qui rationalis est homine damnatur. Et si in eo quod ex natura aliquid habet quasi inquinamentum notatur, plus culpabile, cum illud contra naturam in hominem conqueritur. Ergo ut homines mundarentur, pecora culpata sunt, scilicet vt & homines, qui eadem vitia haberent, æquales pecoribus æstimarentur. Quo pacto factum esse, vt nec animalia damnarentur ab institutore sui culpa, & homines in pecoribus eruditi ad immaculatam institutionis suæ possent redire naturam. Considerandum enim, quomodo lex munda & non munda discernit: *Mynda*, inquit, & *ruminant & vngulam findant, immunda neutrum faciunt, aut ex duobus vnum aliquid.* Omnia ista vnus artifex fecit, & qui fecit ipse benedixit. Institutionem igitur mundam, vtriusque conspicio, quia & qui instituit, sanctus est, & quæ instituta sunt, culpam non habent, dum hoc sunt, quod facta sunt. crimen enim nunquam natura, sed voluntas peruersa excipere consuevit.

Gen. 1.  
Exod. 20.

Leui. 11.  
Deut. 14.

**D** Quid ergo est? in animalibus mores depinguntur humani & actus & voluntates. mundi si ruminant, id est, in ore semper habeant, quasi cibum, præcepta diuina, vngulam findunt, si firmo gradu innocentiae, iustitiæ, omnisque virtutis vitæ itinera conficiant. Eorum enim quæ in duas vngulas pedem diuidunt, robustus semper incessus: dum lubricum partis alterius vngulæ firmamento fulcitur, & in vestigiis soliditate retinetur. Sic qui neutrum faciunt, immundi sunt: quorum nec in virtutibus firmus ingressus est, nec diuinorum præceptorum in ore vllius ruminacionis teritur cibus. nam & qui alterum faciunt, nec ipsi mundi, dum sunt ex altero debiles, nec in vtroque perfecti. Hi autem sunt aut vtrumque facientes, vt fideles qui mundi: aut alterum, vt Iudæi & heretici qui sunt inquinati: aut neutrum, vt ethnici qui sunt consequenter immundi. ita in animalibus per legem, quasi quoddam humanæ vitæ speculum constitutum est, in quo imagines sanctionum considerent, vt plus vitiosa quæq; hominibus contra naturam commissa damnentur, dum etiam naturaliter in pecoribus constituta culpantur. Nam quod in piscibus squamis aspera pro mundis habentur: asperi, & hispidi & hirti, & firmi, & graues mores hominum probantur. Quæ autem sine his sunt, immunda: quia leues, & lubrici, & infidi, & effæminati mores improbantur.

Ibid. vtro-  
bique.  
Ibidem.  
Ibidem.

Quid enim vult sibi lex cum dicit, <sup>10</sup> *Camelum non manducabitis, nisi quoniam de exemplo animalis vitam damnat eneruem & criminibus tortuosam.* Aut cum suam cibo prohibet assumi, reprehendit utique cænosam & luteam & gaudentem vitiorum fordibus vitam bonum suum non in animi generositate, sed in sola carne ponentem: aut cum leporem accusat reformatos in fæminam viros.

<sup>11</sup> Quis autem *mustela corpus cibum faciat? sed furta reprehendit.* Quis *lascertam* sed odit vitæ incertam varietatem. Quis *stellionem*: sed maculas execratur prædam de aliena morte quærentes. <sup>12</sup> Aut quis *coruum*: sed veritas execratur voluntates. *Passerem* quoque cum interdicit, intemperantiam coarguit: quando *noctuam*, odit lucifugas veritatis: quando *cygnum*, cernicis altæ superbos: <sup>13</sup> quando *caradriam*, garrulam nimis linguæ intemperantiam: quando *vespertilionem*, quærentes tenebras noctis simul & erroris. Hæc ergo & his paria lex in animalibus execratur, quæ in illis quidem non criminosa, quia in hocnata sunt, in homine culpata, quia contra naturam non ex institutione, sed ex errore quæsitæ sunt. <sup>14</sup> His igitur ita se habentibus accesserunt & aliæ causæ, quibus multa à Iudæis ciborum genera tollerentur: quod vt fieret, immunda multa sunt dicta: non vt illa damnarentur, sed vt isti coercerentur seruituri vni Deo, quia ad hoc assumptos frugalitas decebat, & gulæ temperantia, quæ semper religioni deprenditur esse vicina, immo (vt ita dixerim) consanguinea potius atque cognata: sanctitati enim inimica luxuria est. Quomodo enim per illam parceretur religioni, cum non parcat pudori? non recipit luxuria Dei timorem, dum præcipitantibus illam voluptatibus in solam fertur cupiditatum temeritatem: effulsis enim habenis sine more ad motis sumtibus quasi pabulis crescit exedens patrimonium cum pudore, aut vt torrens aliquis è montium iugis cadens non tantum opposita transcendit, sed illa ipsa in aliorum ruinam secum rapit. Ad coercendam ergo intemperantiam populi, remedia sunt ista quæsitæ, vt quantum luxuriæ demeretur, tantum bonis moribus adderetur. Nam quid aliud merebantur, quam vt ne omnibus clarum voluptatibus vterentur, qui diuinis, mannae epulis vilissimos Ægyptiorum cibos præferre ausi sunt, carnes iurulentas inimicorum atque dominorum ante libertatem ponentes, digni sane, quos oprata seruitus saginaret, quibus male displicerit & melior & liber cibus.

Ibidem.  
Leuit. 11.

Ibidem &  
Deut. 14.

Cap. IV.  
Ibidem.  
F

Exod. 16.

G  
Cap. V.

Rom. 10.

Tit. 1.  
1. Tim. 4.  
Ibidem.

H  
1. Cor. 10.  
Gal. 4.  
Rom. 14.  
1. Cor. 6.

Matth. 15.

[15] Fuerit ergo tempus aliquod antiquum, quo istæ vmbrae vel figuræ exercendæ, vt abstinendum esset à cibis, quos institutio quidem commendauerat, sed lex interdixerat. Verum iam *finis legis Christus* superuenit, cuncta legis obscura referans, omnia quæ sacramentorum nebulis antiquitas tlexerat. Magister enim venit insignis, & doctor cælestis, & institutor consummatae veritatis, sub quo, merito iam dicitur: *Omnia munda mundi inquinatis autem & infidelibus nihil mundum: sed polluta sunt eorum & mens & conscientia.* Item alio loco: *Quia omnis creatura Dei bona, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Rursum alibi: *Spiritus manifeste dicit, quod in nouissimis diebus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis mendaciloquorum cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentium habere & abstinere a cibis quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt Deum.* Adhuc in altera parte: <sup>17</sup> *Omne quod in macello venit, manducate, nihil requirentes.* Ex quibus constat, omnia ista suis esse benedictionibus reddita iam lege finicia: nec ad solennitates ciborum esse redeundum, quas & certa imperauerat causa, & iam sustulit libertas Euangelica, manumissione reuocata. Clamat Apostolus, *Nō est regnū Dei porus & cibus, sed iustitia & pax & gaudium.* Itē alio loco: *Esca ventris & venter escis, Deus autē & hunc & hanc euacuat: corpus autē nō fornicacionis, sed Domino: & Dominus corpori. Deus ventre non colitur, nec cibus, quos Dominus dicit perire, & in secessu naturali lege pur-*



**A** Math. 15. **gari.** Nam qui per escas Dominum colit, prope est ut Dominum habeat ventrem suum. Cibus (inquam verus & sanctus & mundus est, fides recta, & immaculata conscientia, & innocens anima: quisquis sic pascitur, Christo conuescitur, talis epulatur conuiuia est Dei, istæ sunt epulæ quæ angelos pascunt istæ sunt mensæ quæ martyres faciunt. Hinc est vox illa legis, <sup>18</sup> Non in pane tantum uiuit homo, sed in omni verbo quod proficitur ex ore Dei. Hinc illa Christi, *Mea esca est, ut faciam voluntatem eius qui me misit, & ut consummem opus eius.* Hinc: *Quæritis me, non quia signa uidistis, sed quia manducauistis de panibus meis, & saturati estis. Operamini autem non eam escam quæ perit, sed escam permanentem in vitam æternam, quam filius hominis uobis dabit, hunc enim pater signauit Deus.* Iustitia, inquam, & continentia & reliquis Deus uirtutibus colitur. Nam & Zacharias refert, *Si manducetis, inquit, aut bibatis, nonne uos manducatis aut bibitis.* exprimens cibos aut potus, non ad Deum peruenire, sed ad hominem: nec enim carnis Deus est, ut carne placetur: nec in has voluptates attonitus, ut nostris gaudeat cibus. Deus sola gaudet fide nostra, sola innocentia, sola ueritate, solis uirtutibus nostris, quæ habitant non in ventre, sed in animo, quasque nobis acquirit diuinus timor & cœlestis metus, non terrenus cibus. <sup>19</sup> Ex quibus congruenter insectatus est Apostolus superstitionibus angelorum seruientes, inflatos à sensu carnis suæ, caput Christum non tenentes: ex quo omne corpus per nexum concatenatum & fibula charitatis membris mutuis innexum atque concretum crescit in Deum. sed illa seruantes, ne tetigeritis, neque contrectaueritis, quæ imaginem quidem uideantur habere religionis, dum corpori non parcuritur: nullum tamen emolumentum omnino sumus, uoluntaria seruitute reuocamur. [ <sup>20</sup> Sed non ex hoc statim, quia libertas ciborum concessa, luxuria permilla est: nec quia liberalius nobiscum Euangelium gessit, continentiam sustulit. Non (inquã) ex hoc uentri procuratur est, sed ciborum forma monstrata est: ostensum est quid iuris esset, non quo in uirgitem cupiditatis iretur, sed quo legis ratio redderetur. Ceterum nihil ita temperantiam coercuit quã Euangelium nec ita constrictas quisquam gulæ leges, quã Christus, qui beatos legitur pronuntiasse, sed egenos, & felices esurientes atque sitientes, miseros diuites, quibus ad imperiũ uentris & gulæ seruientibus, uoluptatum numquam posset mater deficere, ne delinere seruitus posset, argumentum felicitatis nutantes, concupiscere quantum possint, nisi quod & sic minus possint quam concupiscunt. <sup>21</sup> Nam & Lazarus in ipsa fame ipsisque uulneribus & canibus diuitis perferens, carnifices salutis ventrem & gulam coercerat exemplis. Apostolus quoque: *Habentes, dicendo, victum & uestitum, his contenti sumus, frugalitatis & continentie legem dabat, parum existimans profuturum esse quod scripserat, etiam exemplũ se scriptorũ suorum dabat, subiiciens non immerito esse omnium malorum auaritiã radicem. Sequitur enim præcurrentem luxuriam, quidquid hæc per uicia consumperit, illa per scelera restituit, orbe criminum recurso, ut rursus luxuria eximat, quidquid auaritia congesserat. Nec tamen desunt inter ista, qui quum sibi nominis Christiani uocem induerint, exẽpla præbeant intemperantie & magisteria, quorum usque, eo uicia uenerunt, ut & ieiunium matutino tempore bibant, non putantes Christianum esse potare post cibum, nisi in uacuas & inanes adhuc uenas infusa statim per somnum uina descenderint minus enim qui bibunt, sapere uidentur, si inter uina tibi permisceantur. Videas ergo tales, nouo genere adhuc ieiunos, & iam ebrios, non ad popinam currentes, sed popinã secum circumferentes, quorum quisque salutat, non osculum dat, sed propinat. Quid isti post cibum faciant, quos ebrius inuenit cibus? aut quales istos sol in occasu relinquit, quos iam marcidos uino oriens aspicit? sed quæ detestanda sunt, non sunt nobis exẽpla ducenda. Sumenda sunt enim ea sola, quibus animus noster melior reddatur. Et licet in Euangelio per om-*

**B** Coloss. 2. **Deus sola gaudet fide nostra, sola innocentia, sola ueritate, solis uirtutibus nostris, quæ habitant non in ventre, sed in animo, quasque nobis acquirit diuinus timor & cœlestis metus, non terrenus cibus.**

**C** Matth. 5. Luc. 6. **Luc. 16. 1. Tim. 6.**

**D** Matth. 15.

nia ciborum redditus nobis uisus sit, tamen intelligitur redditus, sed cum lege frugalitatis & continentie. Hæc enim uel maxime decent fideles, oraturos scilicet Deum, & acturos ei quidem gratias, <sup>22</sup> non diebus tantum, sed & ipsis noctibus, quod fieri non poterit, si somnum grauem, & molem pectori impositam mens cibo uinoque sopita non ualuerit excutere. [ <sup>23</sup> Sed quod in usu ciborum uel maxime custodiendum sit, cauendum est ne quis uolentiam istam putet intantum profusam, ut & ad immolata simulacris possit accedere. Quantum enim ad creaturam Dei pertineat, omnis munda est, sed cum dæmoniis immolata fuerit, inquinata est tam diu, quam diu simulacris offeratur, quod mox atque factum est, non est iam Dei, sed idoli, quæ dum in cibum sumitur, fumentem dæmonio nutrit, non Deo, conuiuiam illum simulacro reddendo, non Christo, ut merito faciunt & Iudæi, quorum ciborum ratione perfecta, & consilio legis considerato, & Euangelicæ gratiæ beneficio cognito, & temperantiæ rigore seruato, & simulacris immolatorum inquinamento repulso, regulam ueritatis per omnia custodientes, Deo gratias agere debemus, per Iesum Christum filium eius, Dominum nostrum, cui laus & honor & claritas in secula seculorum. Amen.

## ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN EPISTOLA

LAM DE CIBIS IV-  
daicis.

**I. NOVATIANVS, &c.]** Quum auctorem huius libri Tertullianum negemus, omnino oportuit illud substituire, pro eo quod erat: Tertull. maxime quum uultimã syllaba in idẽ recidant, unde factum conuicio, ut cum præ uetustate ms. codicis priores dictionis littera legi non possent, ex coniectura hoc scriptum fuerit, Est autem, sicut iam diximus satis, similis inscriptis libri B. Cypriani de Spectaculis: Cyprianus plebi in Euangelio stanti salutem, sed quum eadem atate uerterque scripserit, non mirandum, maxime in persecutione Deciana iam dicta, in qua quum multi lapsi inuenirentur, si hoc titulo ad Stantes uis uidentur ex proposito, quos adeo hic Auctor c. 1. in Euangelio perstare congratulatur.

**2. Et si mihi, fratres sanctissimi. &c.]** Caput hoc in scriptis: Epistolæ argumentum, sicuti latius est ipsis eius uerbis in Argumento nostro uidere est. Et uero quoad etiam similia sunt initio dicti libri de Spectac. ad sensum quod attinet, sed stylo diuerso.

**3. per absentiam meam, &c.]** Hinc patet, sicuti ibidem adrigimus, in secessu conscriptam hanc Epistolam, fortassis siquid diuinare licet, quum (ut scribit Cornelius PP. Epistola ad Fab. Antioch. apud Eusebium li. 5. hist. Eccl. c. 35.) in domo se conclusum oculeret metu persecutionis. Quod quum in illo tandem reprehenderetur à Diaconis Romanis, & rogaretur, ut egressus, quantũ presbytero liceret, quantumque situm esset in eius potestate, fratres in periculo constitutos inuaret, tantum abest ut illis obtemperaret, ut etiam non sine stomacho discederet, se nolle amplius esse presbyterum adserens. Quo factum, ut Moyses beatus Martyr & illi & quinque alii presbyteris, qui una cum illo sese ab Ecclesia segregauissent, fidelium communionem interdixit. Atque hoc ipsum est quod B. Pacianus de eo scribit Epist. 2. ad Sympron. Nam & ideo ab Ecclesia Christi recesserat, ne illum labor confessionis urgeret. Hanc itaque primam occasionem illi fuisse schismatis, deinde & hæresios, admonuisse sufficiat, sed quantum apparet, post scriptam hanc & similes Epistolas.

**4. duabus Epistolis superioribus, &c.]** De his latius post Adnotationes huius libri.

### C A P. II.

**5. Itaque imprimis illud collocandum est, &c.]** Titulum huius capiti imposuimus: Legem spiritalem esse, & proinde spiritaliter eam intelligendam, qua discernit inter munda & immunda animalia. Pertinet autem ad phrasim Africanam libri præcedentis illud: denotabitur. Supplemus autem cum Latino: Nam à pomis uinum postea ad fruges. Atqui mutilla est illa periodus: Nam & ueros & rudes homines alere debebat mollior cibus, ut desideretur aliquid tale, ac si dicat: At prouectiores non sine labore confectus, Legentes iterum cum Gagno: quo referri ad opera marcescerent, pro eo quod Lugd. editio: refertur.

**6. ut quæ ruminatione ruminent, &c.]** Sic transulit tum hic, tum cap. sequent. quod Grace est apud LXX. Leuit. 11. & Deuter. 14. ὅ ἀνάγει μὴ βοῦν οὐκ ἐσθίει, uelut Latini illorum Interpretes: & reducens ruminationem, Quum autem addit: immunda quæ neutrum horum uel alterum faciunt, intelligit de ruminantibus, sed ungulas non findentibus. Etiam paraphrasticus transulit ordine



A

transposito illud: quæ cooperata squamis & armata remigis, pro eo quod duntaxat est Græce, Hebraice & Latine: quibus sunt alæ (quas remigia vocat, eo quod illis tanquã remis rotantur ad volandum) & squamæ: quod postremum duntaxat legit ca. sequ. Atqui supplemus cum Latino: Quid est enim aliud, non munda, quam quæ lex à ciborum vîbus separavit?

7. licet ibi quoque sit crimen adiectum, &c. ] Nunc accipit crimen, ac si dicat: licet etiam ibi quadam animalia criminata sint, tanquam immunda, vitiose quum Gen. 7. inter munda & immunda distinguat animalia.

CAP. III.

8. Quatenus ergo, &c. ] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod ut homines mundarentur, pecora culpata sint, & in animalibus mores depingantur humani, & actus, & voluntates. Multa autem huius capitis transcripsit Hrabanus noster in x111. cap. Deuter. ex quo proinde patet, iam olim in manibus Doctorum versatam fuisse hanc Epistolam. Imprimis vero illud: Primo credendum est, quidquid est à Deo institutum, mundum esse, & ipsa institutionis auctoritate purgatum. Legimus autem & supplemus cum Latino, omissa voce: quos, secundo loco superflua: quos quum à Patribus accepit in Ægypto, propter consuetudinem, &c.

B

9. Quid ergo est? &c. ] Etiam istud cum illo quod præcedit: Ergo ut homines mundarentur, &c. transcripsit Hrabanus, verbum tamen transposito, ex quo tam ex voce, quam ms. castigamus: & voluntates, pro voluitates, omissa voce quadam non satis apta. Vbi plus habet quam Auctor de vngulam diuidentibus, quia duo Testamenta legis & Evangeliorum credentes, se firmo gressu innocentie iustitiae statuunt.

10. Camelum non manducabitis, &c. ] Sic prorsus restitimus, pro: manducabitis, quia illud legitur plurali numero Leuit. 11. & Deuter. 14. Atqui etiam longe diuersam expositionem adfert vbi supra, ordine verborum Moysi probe seruat, Hrabanus: cameli, suis, & leporis.

11. Quis autem mustelæ, &c. ] De mustela, lacerta, & talpa, quæ immunda declarantur ex reptilibus, Leuit. 11. nihil adnotavit Hrabanus, quod mirum.

12. Aut quis coruum, &c. ] De coruo, noctua, cygno, chathario, & vespertione, vtroque legitur, quod immunda iudicata sint inter auium genera, ac passeris nulla ibi mentio, neque etiam apud Hrabanum. Verumtamen in eo hallucinatus videtur Auctor, quod seebus passerem vertit, quem alii omnes: struthionem, eo quod virumque vox Græca significet, sed auem mundam fuisse existimatum, passerem, vel inde patet, quod in sacrificiis offerri præcipiantur passeres duo in emundatione leprosi, Leuit. 13.

C

13. quando charadrium, &c. ] pro charadrium, hodie Græce est apud Lxx. χαράδριον non recte, nam χαράδριον auicula est, de qua prouerbum legitur: charadrium imitans, ex numero voracium, Maxime quum idem Hrabanus lib. 7. c. 6. de Rerum & verborum significatione, etiam charadrium appellet, sic scribens: Ibis & prophyrion, & quem Lxx. nominant pellicanus, & cygnus, & herodius, & charadrius, longo esse collo, trahereque cibum ex altitudine terre atque aquarum, dicuntur.

CAP. IV.

14. His igitur ita se habentibus, &c. ] Caput hoc inscripsimus: multa à Iudaicis ciborum genera sublata, ad coercendam populi intemperantiam. De Prouerbio autem: effusis habenis, vide nostra Prolegomena. Legimus vero prorsus cum Latino: ante libera-

tem ponentes, pro post, quia præcedit: præferre, & saginaret, pro: signaret.

CAP. V.

15. Fuerit ergo tempus aliquod, &c. Titulum huic capiti inscripsimus: In noua lege omnia esse munda iuxta Apostolum, & cibum sanctum esse fidem rectam ac immaculatam conscientiam. Castigamus autem mox cum Latino: quæ sacramentorum nebulis antiquitas tegeret, pro: nobilis.

16. adtendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum, &c. ] vel hinc confirmatur eiusdem Auctoris esse Epistolam cum L. de Trinitate præced. cap. 29. quia etiam ibi sic legitur iuxta Græca exemplaria. Timoth. 4. præterquam quod hic legit ad institutum plura quam ibi, vertens, quod mirum est: & his qui cognouerunt Deum, ubi alii omnes habent: veritatem.

17. Omne quod in macello venit, &c. ] Differt à vulgato Latino Interprete, quod transferat 1. Cor. 10. nihil requirentes, & B. Ambros. disquirentes, pro eo quod ille: interrogantes. Cum quo contrario legit 1. Cor. 6. Esca ventri & venter ecclis, Deus autem & hunc & hanc, &c. Atqui iterum legimus cum Gagnæo: quisquis sic pacitur, pro: paciscitur.

18. Non in pane tantum vitit homo, &c. ] Quum Græce sit Matth. 4. & Hebraice Deut. 8. viuere, in illo iterum cum vulgato Interprete conuenit, differens ab omnibus, quod legat Ioan. 6. fed quia manducaftis de panibus meis.

19. Ex quibus congruenter infectatus est Apostolus superstitionibus angelorum feruentes, &c. ] Etiam hinc constat neque Tertulliani esse hanc Epistolam, qui longe aliter vertit hæc verba Apostoli, Coloss. 2. supra Tom. 3. lib. de Resurr. carn. cap. 23 & lib. 5. aduers. Marc. cap. 19. neque B. Cypriani, qui pro eo quod hic legitur: sed illa seruantes, legat: Vana sectamini, idque l. 3. Testim. ad Quirin. cap. 11. Quamquam interim hic Auctor magis sensum expriment quam verba, neque cum vulgato Interprete Latino, neque cum Græcis exemplaribus aliiisque consentiat.

CAP. VI.

20. Sed non ex hoc statim, &c. ] Inscriptionem huic capiti fecimus: Ex eo quod ciborum luxuria permittitur, non tolli eorum continentiam aut ieiunia. Locus autem est insignis aduersus hodiernos hæreticos, qui ex scripturis cap. præced. citatis nituntur conuellere ieiunia, & in eis quorundam ciborum abstinentiam.

21. Nam & Lazarus, &c. ] Locus corruptus, cui sine ope ms. codicis mederi non licet, idque siue cum Gelenio legas: in ipsa fama ipsique ulceribus & canibus diuitis perferens, siue cum Gagnæo: & canibus diuitis præferens. Legimus autem iterum cum Gagnæo: quidquid hæc (nempe luxuria) consumpsit, pro: contemserit, & cum Latino: ieiunii matutino tempore, pro: ieiunii matutini, denique cum eodem: si inter vina cibi permisceantur, pro: si intestina cum cibis permisceantur.

22. Non diebus tantum, sed & ipsis noctibus, &c. ] Pertinet hoc ad ritum Ecclesie antiquissimum de antelucanis cœtibus, de quibus supra latius Tom. 1. Apolog. cap. 29.

CAP. VII.

23. Sed, quod in vsum ciborum, &c. ] Caput hoc inscripsimus: Quod cauendum, ne quis licentiam ciborum etiam ad immolata idolis transferat. Adhuc autem ad illud 1. Cor. 8. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolothytum manducant, & conscientia ipsorum quum sit infirma, inquinatur, & illud 1. Cor. 10. Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, nolo vos seruos fieri dæmoniorum.

# NOVATIANI ROMANÆ ECCLESIE PRESBYTERI, EPISTOLARVM DE VERA CIRCVMCISIONE ET VERO Sabbato Notula.

D

QVAM vero sint (inquit Novatianus Epistola præcedenti) peruersi Iudæi, & ab intellectu suæ Legis alieni, duabus EPISTOLIS superioribus, vt arbitror, plene

ostendi; in quibus probatum est, prorsus ignorare illos quæ sit VERA CIRCVMCISIO, & quid VERVM SABBATVM.

## ADNOTATIVNCVLA IACOBI PAMELII.

Inter scripta Novatiani à B. Hieron. & Sophronio eius Interprete Græco, Honorio item & Trithemio in Catalogis scriptorum Ecclesiasticorum, recensentur DE CIRCVMCISIONE & DE SABBATO. Meminit & idem Hieron. Epist. l. ad Damasum, Quæstionum NOVATIANI DE CIRCVMCISIONE. At titulum harum Epistolarum fuisse: DE VERA CIRCVMCISIONE, &

DE VERO SABBATO, ex verbis ipsius Novatiani tam præmissis plus satis constat. Et tamen librum illum, qui inter Opera existat B. Hieronymi DE VERA CIRCVMCISIONE, neque Tertulliani esse, neque Novatiani, supra ostendimus Tom. 4. ad Notulas Quæst. Tertull. de Circumcisione.

FINIS TOMI QVINCTI OPERVM Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI, Presbyteri Carthaginienfis, eique adscriptorum, atque adeo totius operis Tertullianici.





LOCI EX CONIECTURA

LATINI LATINII

VITERBIENSIS VEL RESTI-

TIVTI, VEL ALITER LECTI IN TER-

TULLIANO POST EDITIONEM IACOBI PAMELII

Biugen. Ann. M. D. LXXXIII.

DE PRESIDENTIVM CONCESSIONE.

LATINVS LATINIVS VITERBIENSIS

STVDIOSISS.



**P**ORVM exempla secutus, qui rei litteraria industria sua & laboribus bene consultum esse voluerunt; cum aliquot celeberrimorum scriptorum monumenta, tum maxime Tertulliani, eo consilio perlegenda suscepi, ut quantum diligentia studioque possem, nonnullas maculas, quae post Iacobi Pamelij, viri eruditissimi, emendationes, explicationesque reliquae adhuc esse mihi videbantur, plurimosque torquebant, abstergere conarer. Et quia scriptorum codicum praesidio carebam, id vnum mihi in primis cauendum esse statui, ne quid in re difficili, maximeque lubrica, mihi temere sumerem: sed coniecturas tantum meas eruditus viris (quorum saeculum nostrum secundissimum merito praedicatur) considerandas, expendendasque proponerem. Quod meum consilium (ni fallor) modo aequus iudex, nemo reprehendet; cum ea, quae mihi aliter commodiore vel sententia, vel numero legenda visa sunt, nisi prius doctorum virorum suffragio probata fuerint, recipi nullo modo postulem. Sunt tamen quaedam ita felici coniectura restituta, ut plane sperem doctorum assensionem inuentura: quaedam vero etiam tam necessaria ad Tertulliani sententiam absoluendam, ut ipsa, si suo iure admitti se postulent, facile id impetratura confidam. Feci ergo bona fide, quod potui. Super sunt tamen adhuc multae, difficilesque saebrae, quae eruditorum industriam, opemque desiderant, atque implorant: quibus aliquando sublatis, pristinus Tertulliano nitor instauretur. Ad quam rem peragendam, si hisce meis propositis coniecturis eruditus viris aliquod calcar additum sensero, consilij mei me, votique compotem vel cumulate factum esse gaudebo, eoque nomine me Deo maximas gratias agere debere palam profitebor. Inter meas autem coniecturas, si quae hac nota P. C. signatae erunt, scitote eas Petro Ciaconio Toletano, viro non vulgari eruditione, ac peracri iudicio praedito, acceptas referendas; ne quem merita sua laude fraudem; hominisque mihi, dum vixit, coniunctissimi, post mortem etiam memoriam, ut gratus, celebrare non desinam. Valete.

Romae, Kal. Nouemb. M. D. LXXXIV.

EXPLICATIO NOTARVM.

p. denotat Paginam.

l. Literam marginalem a. b. c. d. e. f. g. h.

n. Numerum interlinearem.

P. C. Petri Ciaconii,

P. C. ex V. c.) Petri Ciaconii ex Vaticano cod.

V. c.) Vaticanus codex.

Ful. c.) Fuluii Ursini codex.

Put. c.) Puteani codex.

O.) omnes qui vbiq; citati sunt codices.

Frob.) Codex Frobenii Basileae ann. 1550.



## Ex libro de Pallio, pag. 5.

- p. 5. l. a. n. 3. habitus denotare. Pacis hæc, & annonæ o-  
tia) P. C.
- l. c. n. 16. frangere minitatur) P. C. (non probabam.  
l. d. n. 21. de tranquillo pronum, (Vt Virg. Æn. 5.  
l. e. n. 23. fluminum vitæ obambulando.  
l. e. n. 27. & solum exaudiebat.) *Id enim fertilitatis en-  
comium. Osee 2. in fine.*
- p. 6. l. a. n. 31. caelum adusit,) P. C.
- l. a. n. 33. Nam & primitiis maiorem ambitum) *Sic  
maiorē partem dixit Cicero.*
- l. c. n. 49. audaciam egregiam nominis,  
ibid. stupens, nec promouet) P. C.  
l. d. n. 53. delibralle ouiculum.  
l. e. n. 55. Sed quod iam & arbuta  
ibid. n. 58. proinde se necat, exinanita iam stamine al-  
uo.) *Locus obscurus & corruptus amplius  
expedendus.*
- l. f. n. 60. nec vestis tantum? admodum Græci estis: an  
non ita est?
- ibid. n. 63. Græciam depalari) *unica l. non gemina  
l. g. n. 63. natura Deo debet) ita postulante sententia.  
l. g. n. 65. monstrum, & quidem geminum,  
l. h. n. 69. vnguentis offunderetur.) P. C.*
- p. 7. l. b. n. 81. velut mollius ventitante serico restinxit  
l. d. n. 90. fellas, queis in publico quoque domestice,  
ac secreta vehebantur
- l. e. n. 92. Quanto tu magis arguas illud, quod vrges  
oculis.
n.136. Sic vult nos præter sollicitudinem ] l.d.n.eod. placeant coniugi.
- l.g.n.142. potest, qui per Christum mortuus
- p.713.l.a.n.148. Sic vult nos præter sollicitudinem, ] *ibid.* iam audisti per Esaiam ] *ibid.* ne atigeritis.
- l.b.n.151. Odiu ecclesiam malig. — & cum ] *ibid.* vt solius plures. \* quoniam quidem
- l.d.n.136. sine ruga vanitatis, vt virgo, ] *ibid.* Quod si & hic
- l.e.n.eod. diuinæ, si ita comperisset dari restitutionem suis etiam post fidem lapsis, ) *Locus mire corruptus.*
- ibid.* quo nam vsque, aut sub condicione vtroque nomine purgatus
- p.714.l.b.n.117. quos à delicto ) *Ibid.* n.169. in quo nos sensus
- p.714.l.f.n.174. omne sacrilegium impudicitia ex redundant alicuius
- ibid.* rursus renouari in pœnitentiam,
- ibid.* n.177. de pristinis cauis aliquid assignat: sed rursus quid potestas?
- p.715.l.a.n.181. Spiritus. Spiritus autem Deus est. Quid autem docebat?
- l.e.n.191. hoc solius spiritus est.
- ibid.* conspirauerint, Ecclesia ab auctore
- l.b.n.183. ex confessione vincula
- l.f.n.191. quam qui Ecclesie perdiderunt ) P.C.
- ibid.* n.192. donariis supplex,
- l.g.eod.n. capiti librato, — iam leoni concesso,
- ibid.* ingeram vsque in sinum
- p.716.l.a.n.194. Atqui nulla
- l.b.n.195.
- Ex libro de Trinitate, pag. 727.
- p.727.l.e.n.7. arboris doceretur, sed fururum si forte, ex voluntate hominis
- p.728.l.e.n.17. templum non capit, quem mundus non capit.
- p.728.l.e.n.20. nisi à bono Deo recessisse. ) *Græca forma.*
- p.730.l.d.n.39. tenebrosa si lucent.
- p.731.l.b.n.50. dum ex Maria nihil accepit, neque nobis
- p.732.l.d.n.66. natiuitas, & qua caro factus est, esse hominem, & qua verbum Dei;
- l.f.n.68. per ipsam, & merito Deus est:
- p.734.l.a.n.82. nisi quoniam ex resurrectione
- l.e.n.85. suis viribus exrens;
- l.f.n.85. in gloriam Dei patris sui currere
- p.735.l.b.n.93. sermonem in illo non esse deductum. ) *Et p.736. l.a.n.193. non potuit se exerere.*
- Frangitur
- p.736.l.f.n.101. distinctionem pertinet: quantum vero ad concordiam in vna fide & sententia pertinet, vnum ambo sunt. ) *Sic videtur locus implendus, alioqui mancus.*
- p.737.l.g.n.105. Et omnis qui viuit, & credit
- p.739.l.g.n.116. Ex quo etiam Deus confirmatur esse, qui
- p.740.l.f.n.129. sed post resurrectionem
- p.742.l.f.n.137. credamus scilicet fidelissimum,
- p.743.l.e.n.143. Si enim innatus fuisset, comparatus
- duos faceret innatos, & ideo duos facerent deos: si non genitus esset,
- l.e.n.144. ceterorum omnium dominus sit, ) *Phil. 2. b.10.*
- Ex Epistola de cibis Iudaicis, pag. 750.
- p.750.l.e.n.21. faciat hilariorem? ) *aliter, liberiolem?*
- l.e.n.5. & spiritalis illatio retineatur.
- p.751.l.e.n.9. in ore habeant quasi cibum quendam præcepta diuina: vngulam findant, ) P.C.
- l.d.n.10. acculat deformatos in feminam
- p.757.l.b.n.20. Ceterum nihil tam intemperantiam coeruit,
- l.d.n.21. vt & ieiuni matutino tempore, bibant ) *Ita iam pridem emendatam.*





AD Q. SEPTIMI TERTULLIANI LIBRUM DE PALLIO,

IO. MERCERII I. C. Commentarius.

**R**INCIPES semper Africa. Sic Apuleius & ipse Afer, ad eosdem Carthaginienses orationem habens ubi de Emilio Strabone, Floridorum tertio: Is laudator mihi apud principes Africae viros existit. Et quidem vere Africa principes, qui trecentum vrbes in Africa haberent, & in ipsa metropoli Carthagine hominum milia septingenta: ut à Strabone relatum libro

decimo septimo Romanorum amplius elogium: Principes orbis terrarum. Sic illos compellat Marcus Tullius Philippica quarta. Quid quod paribus & voris & Diribus Carthaginienses imperium orbis agitantur? Videndus ea de re Florus, libri secundi capite quarto.

vetustate nobiles. Nam & ante Romam conditam Carthago. Eius natales: ab anno trigesimo octavo, Dionysius Halicarnassensis, libro primo: à sexagesimo quinto, Velleius Paternulus: à septuagesimo secundo ante Romam conditam, Iulianus Commodus, Longe antiquiorem facit Appianus, ut qui à Xoro & Carchedone, annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem adificatam scribat.

nouitate felices. An ut quo Romanis principibus subditi sunt? an facta potestate vrbes restauranda cum vetus illa euerfa per Scipionem fuisset? an potius quod iuris Italici facta esset eorum ciuitas beneficio Seueri, cuius tempore hunc librum Tertullianus scripsit? In hanc postremam sententiam procliuius sum, quam nobis suggerit Paulus Iureconsultus lege fin. ff. de censibus.

Habitus denotare pacis. Probo Ciaconij interpunctionem, habitus denotare pacis hæc, &c. Ut Carthaginiensium socordia insimuletur, qui per otium reprehendendis vestibus sese oblectarent, cum antiquum habitum non retinerent. ab imperio & à callo. Imperatorum prouidentia & Dei beneficentia.

Bene est. Vulgata formula congratulandi, que apud veteres epistolis fere omnibus in initium fecit, ut hæc editis, Bonum factum. Vtramque ipsi verbus Græci expressere, καλὸς ἔργον.

Et quidem in fama. Retineo istud (in fama) quod est in ore vulgi. Cur enim non id admittamus ut illud Suetonii in Augusto, capite septuagesimo, in fabulis? Sed tota hæc periculis varie interpoleta. Propius accedit ad libros Turnebi lectio, si sic expungas. Et quidem in fama de subteminis studio, & luminis consilio, & mensuræ temperamento (quod neque trans crura prodige, nec intra genua inueceunde, nec brachijs parce, nec manibus arte, sed nec cingulo si nus diuidente) expedita atque quadrata inflata. Saponem que parenthesi conscripta sunt, hic sensus constabit. Celebres olim fuisse instituta quadratas quibus mulieres utebantur, cum subteminis studio, quod ad materiam, tum luminis consilio, quod ad colorem, tum denique mensuræ temperamento, quod ad formam pertinet. Redi ad parentheses: Celebres mensuræ temperamento, quod neque infra genua demitterentur, ambulantis impedito futura, nec intra genua versarentur, pudorem pulsatura, nec brachia aut manus constringerent, manicata, nec sinus diuideret, succincta. Sic fere Carthaginiensis Virginis habitus merita Venus describitur Virgilio, libro primo Æneidos: „Nuda genu, nudoque sinus collecta fluentes.

De subteminis studio ] Materia vestium sine panni ex quo vestes sunt, flamen & subtemen: sic enim expresse Pandecta Iuris ciuilis, que Florentia ex archetypo excussa dicuntur, in l. vestimentum. 22. ff. de auro & argento leg.

& luminis consilio. Coloris ratione: nam & infra hoc ipso libro nominis consilium pro etymologia siue ratone nominis usurpatum, & lumen pro splendore qui in colore mihi at Arnobio similiter dictum Apologetico quinto: Idcirco illis (de pomis Punicis loquitur) color est purpurei luminis suffusione subleues.

Quadrata inflata. Inflata ut supra dicitur vestem muliebrem accipio, patre pro toto usurpata, ut apud Ouidium illo versu.

„Quæque regit medios inflata longa pedes. Inflata fasciola sunt, siue segmenta preciosioris panni, que oris vestium assuuntur ornatus causa: ne, sicut Credinus, ne quibusdam Imperator Leo vocauit constitutione octuagesima, lymbos ut plurimum Poeta: & ex his vestes ipsæ inflata.

nec manibus arte. Sic verius quam arte. Arte veteres dixerunt quod nunc arte. Plautus Capriensis.

Fortuna humana fingitque atarque vt lubet.

Imo & recentiores: Vlpianus Iureconsultus in l. 21. §. si quis. ff. si quis caut. sist. causa factis obtemp. si debitor se artauerit. Ambrosius libro secundo Officiorum: si debitor attetur ad solutionem.

in fibulæ morfu. Ergone pallium designare voluit his versibus Calpurnius?

— Sed mihi fordes, „Pullaque paupertas, & aduncò fibula morfu „Obstiterit?

Æsculapio iam vestro sacerdotium est. Sacerdotium, pro: sacerdotium, ut sit sensus: Pallia quibus olim viri Carthaginienses vsi sunt, similia fuisse iis, quibus etiam tunc Æsculapii sacerdotes utebantur, Sic fere veteres omnes loquuntur, iudicium, pro iudicium, radicium, pro radicium, vigiliam, pro vigiliam, Sosipater Charisius notauit. Quid obstat igitur, quominus ad planiorem intellectum legamus, Æsculapii iam vestri? Obseruemus potius Africanam eloquentiam, qualis & hoc loco apud Arnobium Apologetico primo. Nihil sum aliud Christiani, nisi magistro Christo summi regis ac principis veneratores. Aut si magis placet, sacerdotium singulari numero pro collegio sacerdotum accipiamus, quo sensu non raro vsurpari solet ab Authoribus.

Et in proximo. Non ita pridem, vel (quod magis placet) prope, proxime. Sic Seneca loquitur est libro septimo de Beneficijs, ubi de natura: Quidquid nos meliores beatoque facturum est, aut in aperto aut in proximo posuit. Sic Hieronymus in vita Hilarionis: Quo antagonista haberet in proximo. Non ita longe à Carthagine semota Vtica, ut ex Africa descriptione constat qua est apud Plinium libri quinti capite quarto. Sexaginta tantum stadiis ab ea distat Appianus scribit in Lybico, id est, sequi septem miliaribus. Et vero Vtica est quam sororem Carthaginis Tertullianus appellat, quod utraque ciuitas à Phœnicibus condita esset. Sic in sacris Biblijs Ezechielis decimo sexto capite, Sodoma & Samaria sorores dicuntur vrbes Ierusalem.

& sicubi alibi in Africa Tyros. Irrepsisse in contextum Tyri mentionem putant. At si hoc verbum deleas, quis sensus precedentis orationis futurus? Falsus igitur (aiunt) Tertullianus qui in Africa Tyrum referat, quam constat in Phœnicia insulam olim, post Alexandri opera continentem factam circa Syriam, que ipsa pars Asia. Vnicam syllabam si adieceris, falsi crimine vindicaueris. Sic reponere: & sicubi: & alibi quam in Africa Tyros. Sensus apertus est, Pallio quandam & inflata quadrata vsos Carthaginienses, & ipsi proximos Vticenses, tum si qui alibi quam in Africa Tyrios. Nempe à Tyrijs profecti & Carthaginienses, & Vticenses. Notissimus Virgilius versus de Carthagine;

„Vrbs antiqua fuit, Tyrii colere coloni. & ille alter Prudentii in corona Cypriani martyris, Antra latent Tyriæ Carthaginis.

At cum secularium sortium domina fortuna. Id est, postquam Romanorum res in melius prouecta sunt, Deo ita volente, & fortuna annuente. Obscurius scriptum putant, & inde varia illa emendationes. Cum secularium sortium domina fortunare Romanis Deus maluit: Cum secularium sortium variauit vna & Romanis Deus maluit. Retineo veterem lectionem, Cum secularium sortium domina fortuna, &c. Quandoquidem ut putant qui ei plurimum tribuunt (ait Augustinus) in omni re dominatur fortuna. Eleganter & illud, Romanis Deus maluit, pro eo quod est: melius voluit, ut infra hoc ipso libro, sed vos omnem lanificij dispensationem Mineruæ maluistis. Certe si quid mutandum, unica littera mutanda, & pro Romanis, legendum, Romanus, aperta satis & manifesta sententia, quando ita veteres existimauerunt, omnes vrbes in alicuius Dei esse tutela, & eius in cuius tutela Roma esset, ignotum nomen fuisse. Sic à Macrobio traditum est libri tertii Saturnalium capite nono. Sed magis placet quod libri omnes habent, Romanis Deus maluit, magis placet, & Christianum scriptorem decet magis.

Romanis Deus maluit. Aliquanto enim tempore nauauit, inter utrumque populum, Romanum & Carthaginiensem, sicutque cum variis casibus immixtus in ancipiti spe ac metu uterque versaretur: ait Liuii compendias.

Soror quidem ciuitas suo pte arbitrio mutare properauit. Habemus ex quo hunc locum interpretari liceat Appianum: Vtica in Ly-



A

bis maior post Carthaginem ciuitas, Carthaginiensis emula, odio ad tempus patefacto, cum bene inter Romanos & Carthaginienses conueniret, Romam legatos misit qui ultro urbem offerrent: & hac voluntaria de ditto expugnanda vel diruenda potius Carthaginis causam praescribit, postquam ea euerfam (quod Strabo scribit l. 17.) ultra caput regionis fuit, & receptacula Romanorum a tres in Africa gerendas.

adpulsus Scipionem.] Cui consuli creato, citatisque venia per populum facta, extra sortem Africa data fuerat, ex quo & Africanus dictus est, euerfa Carthagine. Euerfa est septingentesimo anno, ex quo condita, ut Titi Liuii compendioses & Orosius, septingentesimo, trigentesimo, ut Solinus, septingentesimo, quadragesimo octauo, ut Essebius tradidit. Apud Eutropium libro quarto, pro: septingentesimo, septuagesimo, vitiose adscriptum in editione, quam curauit Henricus Stephanus.

iam ante de habitu salutare.] Quippe integro biennio, etoque amplius, ante creatum consulem Scipionem, Uticenses sese iaque omnia Romanis dederunt, & iam isdem legibus & vestibus utebantur, cum ad eos Scipio appulit.

Romana praecoqua.] Qua cum secundo bello Punico ab altero Scipione, isibus suo qui Carthaginem euertit, frustra tentata expugnari non potuisset, ultro se Romanorum ditioni subiecit, stantibus adhuc Africa rebus.

Vobis vero.] Hic sensus est. Uticenses toga (quod Romanorum indumentum) vsi sunt ante euerfam Carthaginem, Carthaginienses non nisi post factam iis urbem (qua destructa fuerat) restauranda potestatem.

B

Post iniuriam beneficium.] Iniuria enim facta erat in delenda Carthagine, cum nulla causa esset praeter quam euertere posset (ait Orosius) ut que sepe legatos dedidisset beneficium iniuria in concedenda vrbis restoratione. Sic apud Iustinum libro quadragesimo tertio, Rhee Numitoris filia, ab Amulio perpetua virginitati addita, speciosa honoris iniuria adiecta dicitur, ut non damnata, sed sacerdos electa videretur.

ut senium non fastidium.] Fastidium, habet prima editio Benti Rhenani, quum curauit ante millefimo, quingentesimo, vigesimo primo, nec satis scio cur altera mutauerit, cum & Vaticanos codices ita expressisse alij referant. Eleganter & ad ea quae praecedunt congrue. Pro iniuria quae facta erat Carthaginiensibus in urbe delenda, beneficium collatum fuerat in restauranda: quasi senio confecta ciuitas renouanda esset, non ablata summa illa potestate, quae ceteras Libyae urbes superabat.

Post Gracchi obscena omina.] Vigesimo secundo anno a deleta Carthagine colonia Italica data area deleta vrbis, quam incolerent. Colonia deduxit Caius Gracchus, sed cum futura vrbis designatorum murorum fundamenta lupi noctu deiecissent, Senatui visum est ab aedificatione cessandum, quod Appianus tradit. Alia etiam aedificationibus à Genio loci opposita Plutarchus in vita Gracchorum refert. Signum vi uentorum, cum signifer valideresisteret, fractum, sacra altaribus imposta dissipata & extra terminos vrbis abiecta. Haec sunt quae Tertulliano dicuntur obscena omina, hoc est, infausa, ut in hoc Virgilius versu Aeneidos duodecimo.

C

„—ne me terere timentem  
„ Obscena volucres.

Et apud Arnobium primo apologetico, Cur duelles cum peregunt laeuum augurium non sum, nec aduerfus spes bonas mali ominis obsecnitate traducor? Similiter apud Suetonium in Galba capite quarto. Nihil aequae postea Galbam tentantem res non confirmauit, quam mulae partus, ceterisque, ut obscenum ostentum, abhorrentibus, solus pro latillimo accipit.

& Lepidi violenta ludibria.] Quam pauca quantam historiam complectitur. Marcus Lepidus mortuo Sylla cui viuo infestus fuerat, de restituendis iis qui ab eo proscripsi fuerant cogitans, bellum parauit, citius oppressum quam inceptum, ut ait Lucius Florus, quippe qui à Quinto Lucullo Consule ac eodem collega, partium contrariarum dux, prohibitus, in Sardiniam fugere coactus, ibique mortuus est. Sed verior ne aliud quiddam speciale & ad Carthaginienses propius spectans hic significetur. Nam apud Dionem libro quinquagesimo quarto, ideo coloniam denno Carthaginem deducendam fuisse traditur, quod parte illius habitatoribus orbata per Lepidam, ius colonia amississe videretur.

Post trinas Pompeii aras.] Placet quod Carrioni, tres triumphos intelligi quos Pompeius de tribus terra partibus egit, ut de toto orbe triumphasse dicitur: quod & scripsit Plutarchus, & Mamilius notaui iis versibus libro quarto.

D

„ Post victas Michridatis opes, pelagusque receptum,  
„ Et tres emenso meritis ex orbe triumphos.

Solebant per triumphum caedi maiores hostiae ad aram Iouis Capitolini, atque inde ara pro triumphis usurpata, ut hoc Tertulliani loco sic illo Valerii Maximi libri secundi capite octauo: Lucius Cinna & Caius Marius hauserant quidem auidi ciuilem sanguinem, sed non protinus ad templa deorum & aras tenderunt. Quamquam, non tres, sed vnicuique triumphum de omnibus bellis à se confectis, duxisse Pompeium Dio tradidit libro trigesimo septimo.

& longas Caesaris moras.] Qui bellis ciuilibus solutus, ad conciliandos militum animos, Carthaginem & Corinthum colonias duxit, quod & Plutarcho in eius vita, & à Dione libro quadragesimo tertio relatum. Imo, non duxit, sed cum dicere destinasset, morte praeventus est. Eius voluntatem cum in scriptis reperisset Augustus, duci curauit. Sic ab Appiano proditum sub finem belli Libyci, ubi & hoc amplius, restitutam Carthaginem fuisse annis duobus & centis postquam

E

à fundamentis diruta est. Belle conuenit hac annorum supputationem cum eo quod apud Solinum existat, Marco Antonio & Dolabella Consulibus (hic hic annus quo mortuus Iulius Caesar) enituisse Carthaginem in claritatem priorem. Scilicet, à consulatu Scipionis, ad consulatum Antonij & Dolabella vsque, duo supra centum intercediant anni. Quod apud Orosium legitur, vigesimo secundo anno, ex quo euerfa fuerat, restitutam Carthaginem, ad id referendum quod supra diximus, aream eius diruta colonis Italico concessam fuisse.

ubi moenia Scatilius Taurus impouit.] An is Taurus de quo Tacitus libro duodecimo, qui Proconsul Africa Claudij temporibus? An alius eiusdem nominis, qui Augusto principe, Cocceio & Gellio Consulibus, de Africa triumphauit & hoc verius est.

Solenia Sentius Saturninus enarravit.] Moris id fuit, ut operibus publicis, sacris, sanctisque pontifices adessent, qui vobis solenni Deo alicui ea commendarent, in quo & verba certa & ceremonica. Constat id ex ea quam de Pulullo pontifice historiam retulit Seneca libro de consolatione ad Mariam, Cui postem tenenti (ait) & Capitolium dedicanti, mors filij nunciata est, quam ille exaudisse dissimulans, solennia Pontificalis carminis verba concepit, gemitu non interruptente precationem.

Pro concordia Libae.] Recte emendatum ex libris, iuuat, pro: Libae: id enim est, postquam conuenit inter Romanos & Carthaginienses. Nā post euerfam Carthaginem, Libyae Romani per Praetores reuertuntur, toga oblata est.] Ius toga datum est, quo ipso ciuitas data intelligitur, ut Auctores Iuris docent in l. sed si accepto. 22. ff. de iure sicut & Seneca indicat ludo de morte Claudij, ubi quos Claudium ciuitate donare voluisse dixerat, subiicit togatos videre voluisse.

F

Pro quantum comenauit orbis.] Quam magnum iter confecti toga, ut ab Arcadibus ad Lydos, à Lydis ad Romanos, à Romanis à Carthaginiensibus transfret, rem sese historiam habes apud Artemidorum libro secundo de somniorum interpretatione, ἢ ῥωμαίων ἐστὶν ἡ λυβίων ἢ ἡβραίων κελύπον, δὲ τῶν τῆς Ἀφρικῆς, δὲ πρὸς τὸν ἑσπέρου ἡ ἀνατολῆς τῶν περὶ βελόνων τῶν πρώτων, ἐστὶν ἀνατολῆς καὶ τὸν ἰσθμὸν ἡβραίων, καὶ ὑποδεχόμενοι τὸν τῶν τῆς ἡφαιστῆος, ἀφ' ἧς καὶ μνησθέντες καὶ οἱ ἑβραῖοι τὸν αὐτὸν ἰσθμὸν ἵσταντο, τῶν τῶν ἡβραίων τῶν ἰσθμῶν, ἰσθμῶν πρὸς τὸν ἑσπέρου, ὑπὸ τῶν τῶν ἡβραίων τῶν ἰσθμῶν ἡβραίων κελύπον.

exinde.] Ex quo toga vestitis.

tunicam longiorem.] Tunica Carthaginiensium propria, quod omnes annotarunt. Eas distinctas ferebant, unde Virgilio discerniti Afri. Hoc & Plautinus Mithrio indicat Capriueus, ubi ad Hannoneum Carthaginiensem.

—tu qui Italiam non habes

„ Quid in hanc venisti urbem, aut quid quaeritis?

Sed postquam toge vsus inualuit, necesse habuerunt zonā eas sustendere, alius aut depressus cincta: quod hic est, cinctu arbitrate. & palliis rotundis.] Nam quo utebantur olim, id quadratum erat, quod initio dictum est.

tabulata congregatione.] Quid vero tabula aut ad vestes aut in vestibus? fuit cum purpura legendum tabulata, quod quae parte vestimentum in angustum contrahitur, plice tabulos imitantur. Nunc probi verbum id, tabulata, ut significetur plice laxioris panni, alia alijs in modum tabulati superposita: Sic apud Apuleium libro undecimo, contabulatio dicitur in palla, muliebri veste, deiecia (inquit) parte lacinae multiplici contabulatione dependula. Ibi enim, contabulatio, est quod hic, tabulata congregatio.

& si quid praeterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas vestit.] Retineo veterem lectionem in verbo vestit, pro quo alij: vestrut, substituerunt. Hic enim sensus est. Ex quo toga vestitis, & tunica succinctis, & palliis rotundis, & alijs vestibus locum fecistis, quae pro conditione ac dignitate personarum, proque temporis ratione, alia atque alia vsurpantur solent.

G

conditio.] Id est, status personarum. Nam aliae vestes liberiorum, aliae seruorum, aliae paganorum, aliae militum. Liberiorum, toga, tunica, seruorum, penula, accullionis, militum, saga, abolla.

vel dignitas.] Erant enim quaedam propria magistratum ornamenta, ceteris non communia, praeterea, latus clauus, trabes.

vel temporalitas.] Hyberno tempore induere licebat quae per aestatem non decebat, lanas, gausapinas. Erant & vestes domesticae, quibus foris uti probrosum, erant caenatoria, erant quibus in balneis, in palaestra utebantur.

Pallium tamen generaliter vestrum in memores.] Magis placet, vestrum plurali numero, maiorum scilicet, qui Pallio vsi sunt: vel, vestrum, pro: vestri, qui Pallio vsi olim estis.

Haud miror pro documento superiore.] Cum & ante in alijs rebus aequae inconstantes fuerint.

H

nam & aricem.] Quae hic de aricete ex Laberio ab alijs excusata diligenter, & expressus etiam Vegetii de machina, cui aricetis nomen, locus, à quo non valde distat alter Ammiani Marcellini libro vigesimo tertio.

Sed trabes machina est.] Sola interpunctione planius facio: sed trabes (machina est quae muros frangere militat) nemini, &c. ut quae parenthesis inclusa sunt ad trahium, quibus aricetis nomen inditum, interpretationem faciunt. Quid si miniat, pro: militat, legamus? vsus est ea voce Plautus Capriueus.

Breue est spatium perferendi quae minitas mihi nemini inquam libratum.] Dependet enim trabes illa ex alia velut à trutinā: quod infra est in oscillum pendere. Sic apud Silium Italicum libro decimo quinto, dicitur,

„ Per nubes aquila in texto librata volatur.



A debile. ] *Tam pridem docui Breuium criticorum libro priore, vno verbo hic legendum debile. ut sit sensus: Commenta est Carthago vni tormenti, vindicantis debile, id est, debiles & infirmos muros, capite arietis.*

& aries iam Romanus in muros quondam suos auderet. ] *Quid si auderet legamus? Nam est ardere cum impetu irruere, quod fit per arietes, quibus crebro impulsis velut reciproci fulminis impetu muri seinduntur in ruinas, ait Ammianus.*

Sic denique nec pallium agnoscutur. ] *Hac respondent illis que supra, pallium tamen vestrum immemores denotatis.*

ne Pænicum. ] *Sic fere apud Valerium Maximum libri secundi capite sexto, Pænicæ tunica pro Carthaginensibus.*

fungitur & ipse mundus. ] *fungitur ait Pamelius, id est, interit: imo fungitur munus: quod solenne esse totius naturæ dictum est, ut habitum veritas. Seneca epistola quinquagesima nona: mundus quoque æterna res & inuicta, mutatur, nec idem manet.*

viderit Anaximander si plures putat. ] *Putauit certe, namque hoc illius dogma, principium omnis naturæ esse infirmitatem ex qua infinitos mundos, qui & in id, ex quo venient, recasuri essent, ab Aristotele primo Physicorum, Cicerone secundo de Natura deorum, Plutarcho libello de Placitis Philosophorum vexata sententia.*

viderit & si quis vspiam alius ad Meropem. ] *Refert hæc ex Theopompo historiam Ælianus: bro tertio. Silenum quendam Mida Phrygiæ regi persuasisse, extra hunc mundum existere continentem immensam, & in ea homines, qui Meropes appellarentur. Cætera tu ex eo pete. Sed hoc non prætermittam, quod ab Epiphano scriptum est, posteros Noemi qui in adificanda turri operam præstiterunt, à confusione linguarum, calitis immissa, Meropes dictos fuisse.*

Sed & ipsi. ] *Lego. Sed & ipse. Mundus scilicet intelligibilis, ad cuius ideam hunc, quem incolimus, factum Plato existimauit, mutabilis est.*

Quem Plato æstimat. ] *Platonem in eius sententia assertionem defendit diuus Augustinus libro primo Retractionum, sic enim accipiens, ut mundum intelligibilem esse dixerit ipsam rationem sempiternam atque incommutabilem, qua fecit Deus mundum: quo sensu non conuenienti que apud hunc Authorem sequuntur.*

Quippe si mundus. ] *Constat enim contrariis elementis, qua quatenus contraria sunt, alia in aliorum perniciem & interitum conspirant, vnde mutationes.*

dies & nox inuicem vertunt solstitionibus annuis. ] *Retineo verbum, solstitionibus, quod alij in duo diuidunt solstitionibus. Solstitiones pro solstitijs Tertullianus dixit, ut Arnobius duobus locis Apologeticis sex: Interfitiones, pro: Interfitionis. Et vero manifestus est sensus, diem & noctem vertere solstitionum annuorum tempore, ut cum vno dies fuerint longissimi, altero sint breuissimi: denique quot horarum fuerit dies solstitio æstiuo, tot horarum sit nox solstitio hyberno, & contra. Solstitia sunt ea tempora quibus sol conuertitur, que occurrunt mensè Iunio & Decembri, hoc hybernum, illud æstiuum: & iis dies ac noctes inuicem vertunt. Habemus ex quo hac interpretatio probetur Authorem Manilium, cuius verba fere eadem cum Tertulliano, sed apertior sententia. Sic ille libro tertio.*

„Hæc vice discedunt noctes a tempore brumæ,

„Tollunturque dies, annique inuertitur ordo,

„Solstitium tardi cum sit sub sydere Cancræ:

„Tunc quoque diem brumæ nox æquat, tempora noctis

„Longa dies, similique redit, quam creuerat, actu.

„Paucrioribus verbis, idem ipsum, Aut hor idem paulo post:

„Vna dies toto Cancræ longissima signo,

„Cui nox æqualis Capricorni sydere fertur:

„Cætera nunc vrgent vicibus, nunc tempore cedunt.

Luna modulationibus mensuris variat. ] *Nunc pleno lumine radians, nunc dimidio, nunc in cornua flexa, nunc toto lumine deficiens, similibus dispensationibus, hebdomadam luminis sui vices, semper na lege variando, ait Macrobius in Somnium Scipionis. Dispensationes hic dixit, quod Tertullianus modulationes, quoniam eodem semper tenore, lumen lune aut augetur, aut minuitur.*

Syderum distincta confusio. ] *Stella infinita numero quibus calum conspergitur, ad certum numerum redacta per Astrologos, variis figuris excogitatis ad quas reducerentur, quibusque distinguerentur. Et hæc figura syderum nomen habent. Manilius libro primo quod ad hunc locum facit maxime.*

„Quid tam confusum specie, quid tam vice certum est?

„Nam in tanto numero tantus ordo, ut vicissim alia aliis succedant,

nunc orientia, nunc occidentia.

Interdum deiici quid, interdum resuscitat. ] *Vetus est sententia Philosophorum, sidera ortu & occasu suo agere in hac inferiora: quod Tertullianus dicit deiicere, & resuscitare. Ex horum leuissimis motibus fortunæ populorum dependet, & maxima ac minima perinde formantur, ait Seneca in consolatione ad Mariam. Ea sunt que vulgo δεικναι λέγουται dicuntur, de quibus passim apud Authores. Sed iis non eandem fidem habemus Christiani. Resellit Augustinus libro quinto de ciuitate Dei quinque primis capitibus.*

cæli ambitus nunc sub diuo splendens. ] *Veterem lectionem, nunc sudo splendidus, restituiimus Breuium criticorum libro priore. Probat ut iis que sequuntur, aut imbres ruunt, & si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum, & denuo sudum. Scilicet hæc sese consequuntur, imbres, substillum, sudum. Imbres larga & iusta pluuia, substillum dubius aer inter serenum & pluuium, sudum planeferenum.*

dehinc substillum. ] *Dubium aerem inter serenum & pluuium in-*

terpretati sumus, quando pluuia stillatim cadit: vnde & substillum apud Catonem libro de Rustica, morbus, cum lotium guttatim, & stillatim effluit.

& si qua missilia. ] *Fulgura interpretantur. Non video quam bene. Missilia dixerunt que à magistratibus & principibus sparguntur in vulgus: sic enim apud Iuris Authores, qua ratione, q. § pen. ff. de acq. rer. do. & § si. Inst. de re. diuis. & apud alios, Suetonius in Caligula: Sparfit & missilia variarum rerum. Idem in Nerone: Sparfa & missilia omnium rerum. Vtroque loco spargendi mentio recte. Nam & missilia Seneca sparsiones. Quid vero simile habent fulgura cum sparsionibus? Ego niuem & grandinem interpretor, quæ missilium modo ex ære decidua, sparguntur, & sæpe cum imbribus.*

de tranquillo probum. ] *At quæ mutatio maior ut ex tranquillo fiat probum? Denique quis vnquam audiit probum mare. Et hoc certum est. Latinius expurgari posse putauit, si pronum substitueremus. Atqui nec vlla mutatio si ex tranquillo fiat pronum mare, cum id maxime pronum quod tranquillum. Probat id Seneca libro quarto Naturalium questionum. Pontus in inferum mare semper fluuit (ait) rapidus, non vt cætera maria, alternatim vltro citro aestibus, in vnam partem semper pronus. Puto ego sic in manuscriptis expressum profum, quod est, procellosum, quo epitheto notatur mare ventis aggitatum, quod tranquillum valde contrarium.*

de decumanis inquietat. ] *Rursus hic mendum, pro: inquietat, lego: inquietum. Et hoc etiam mari tribuimus ab Authoribus epithetum. Solinus capite quadagesimo, vbi de Cyrenensi regione, Nunc in breuia rescinditur dorso sua, nunc aestibus inundatur inquietis Seneca in consolatione ad Mariam: Videbis hic inquietis, & vento fluctuantibus in mari. Vt mare, seu leuioribus ventis tranquillum, grauioribus sit procellosum: sic fluctibus quos venti commouent, aut leuioribus (& hæc frustra) temperatum, aut grauioribus (& hic decumani) inquietum.*

propelis. ] *parum absit, quin neges eandem. memor viridem. Hic temporarius terre vstitus, vt vere viridis, herbis adhuc nascentibus: æstate stana, iam maturus segetibus: hyeme cana, grandine ac niue eam tegentibus.*

& montium scopula. ] *scopula, pro: scopuli, quæ iuga montium. Id autem significatur, montes quosdam ita explanatos vt per illos flumina decurrerent, fluminum alueos ita deficcatos, vt in eis arbores nascerentur, fontium venas ita commotas, vt repente erumperent, quibus locis aqua nulla constabat.*

fontium venæ ebullando. ] *Prior editio Rhenani habuit, cauillando. A cauo fit cauea, & cauille ait Varro de lingua Latina. Inde id esse potest, cauillare, pro excavare. Sed ebullare, pro ebullire, Cato dixit libris de re Rustica, dixit & Persius satyra secunda: & hoc est cum impetu effundi. Hieronymus in vita Hilarionis, Siciensis, & arcnoia regio, postquam pluuia irrorata est, tantam serpentum & venenatorum animalium ebulluit multitudinem. Seneca in ludo demorre Claudij: & ille quidem animam ebullit.*

fluminum viæ obumbrando. ] *Ita libri omnes veteres, longe melius quam noui, obambulando. Id enim est quod diximus, ita fluminum alueos deficcatos, vt in iis arbores nascerentur, quæ obumbrarent.*

cupientes Platoni probare. ] *Cuius in Timæo sententia est, diluuiorum tempore in montibus multa conseruari, vt per incendia in vallibus, cum ex eo quod buccina in montibus reperiantur, conijcere potuerit, diluuium vniuersale fuisse. Orosius libro primo, capite tertio: Fuisse tamen illi contestati sunt, qui præterita quidem tempora, ipsumque temporum authorem nescientes, tamen ex indicio & coniectura lapidum, quos in remotis montibus conchis & ostreis scabros, sæpe etiam cauos aquis visere solemus, coniciendo didicerunt. Apuleius Apologetico primo: non negabunt in Gerulicæ mediterraneis montibus fuisse, vbi pisces per Deucalionis diluua reperiantur.*

rursus infirma. ] *Reste Latinius: infirma, vt opponantur arduis, de quibus ante.*

cum inter insulas nulla iam Delos. ] *Valde mihi suspectus hic locus. Falsum est, Tertulliani æno Delos cætera que insulas non fuisse, quod hæc verba (nulla iam Delos) significant. Earum passim facta mentio apud contemporaneos. Magis videtur ab historia futurum, si sic legamus: cum iter insulas nulla olim Delos, &c. Siquidem, eas insulas repente exortas cum ante non exstarent, proditum est.*

Arenæ. ] *Rene substituit Turnebus, quem alij sequuntur Authore nullo. Emendo Alone, siquidem Plinius libri secundi capite octuagesimo septimo, quo de Delo, Alonem refert inter insulas qua memoria hominum enatae sunt. Memoratur & Straboni Arenæ, sed urbs ea non insula, & hic de insulis sermo.*

& Sibilla non mendax. ] *Optime Pamelius, cui ea in re praluxerat Turnebus, etsi ille non mendax, vt Plato significetur de quo proxime actum fuerat. Emendationem probat Plinii locus libri secundi capite nonagesimo, vbi de mari: In totum abstulit terras, primum omnium vbi Athlanticum mare est, si Platoni credimus. nō, si Platoni credimus, illud est nostris, si ille non mendax.*

Æon in Athlantico. ] *Quid Æonis mentio ad insulam? Nomen ei insula apud Platonem Athlantia, apud Thucydidem & Diodorum Atalanta. Lego igitur, vna in Athlantico. Et hæc exempla sunt mortati orbis in insulis, quarum alia cum non exstarent subito exorta sunt, vt hæc de quibus supra, Delos, Alone, Samos, alia cum exstarent absumpta sunt, vt Athlantia, ex qua Athlantico mari nomen.*

Libyam aut Asiam adæquans. ] *Pro disjunctione conuinciam re-*



pono: Libyam & Asiam. Platonis ipsius verba sunt de illa insula *ἡ Ἰουδαία* ἡ Ἰουδαία.

quæritur nunc. ] desideratur, siue consumpta est. Sic Seneca in epistolis: Lugdunum quod ostendebatur in Gallia, quæritur.

Italia quondam latus. ] Verba sunt Pomponii Mela, ex quibus hinc loco lux. Sicilia aliquando continens & agro Brutio annexa, post freto maris Siculi abscissa est. Id angustum & anceps, modo in Thuscum, modo in Ionium pelagus perfluit, atrox, ferum, & Scyllæ Charybdisque sævis nominibus inclum. Adverte lector, Thuscum & Ionium Pomponius dixit, quod Tyrrhenum & Adriam Tertullianus, superum & inferum mare nunc dicimus, & dixit iam olim Marcus Tullius epistola ad Atticum. Sed habet etiam huius rei Virgilianam descriptionem.

- „ Cum protinus vtraque tellus
- „ Vna forer, venit vi magna potius, & vndis
- „ Hesperium Siculo latus abscidit, aruaque & vrbes
- „ Littore deductas angusto interluit aestu.

reliquas Siciliam fecit. ] Malim, reliqui Siciliam fecit: ut apud Sallustium in coniuratione Catilinae, Postquam victoriam sunt adepti, nihil reliqui vicis fecere.

totam illam plagam diffidit. ] Id Pomponii angustum & anceps, quod in Siciliam & Italiam medium interiacet, in quo vtriusque maris confusio.

nomen vitii mari induit. ] Retineo istud, induit, pro quo alij quidam, imbut, reposuere. Sic apud Petronium Arbitrum, puetis artes induunt adhuc nascentibus, qui ad vota properant parentes. Ceterum nomen id vitii quod mari induit diffidit, Rbegium non est, quod vulgo creditur: neque enim Rbegium maris nomen, sed eius terra que auulsa est, dicitur ῥέβγιον, id est a frangendo, ut Strabo tradit libro sexto. Magis est, ut Charybdim significari credamus, quod nomen esse mari inter Siciliam & Italiam medio, Thucydides libro quarto scribit: forte à vicinia Charybdis, quod vitium Tertullianus vocat, quoniam sine periculo præternavigare non liceat, ut non immerito implacata Charybdis Virgilio dicitur.

non expentis naufragia, sed deuorantis. ] Vel hoc ipsum facit ut stem in sententia de Charybdis nomine indito mari inter Siciliam & Italiam medio. Siquidem hac nota vitii huius, quod nauigia deuoret & absorbeat. Seneca in consolatione ad Martiam: Videbis, auidifium maris voricem, restingere fretum: illam fabulosam Charybdim dico, quoadiu ab Austro vacat, quietam, at, si quid inuis ipitauerit, hiatu magno profundoque nauigia forbentem. Quid plura? notissimum id Ciceronis: Quæ Charybdis tam vorax? Sed quod ait Tertullianus non expui à Charybdin naufragia resellitur ab eodem Seneca epistola octuagesima, qua quod ab ea sit arreptum, per multa millia trahi conditum, ac post circa Tauromentanum litus emergere, scribit.

Aspice ad Palestinam. ] Palestina eadem est, qua & Iudæa dicitur, nunc Terra sancta. Nomen id habet à Philisium Mesremit filio, auctore Zonara.

qua Iordanis amnis, finium arbiter. ] Si vera hac lectio, sensus iste est. Aspice Palestinam partem illam, qua Iordane amne terminatur. At hic fluminis non terminat Palestinam, sed per eam fere mediam fluit: denique qua parte fluit, non modo non vastitas ingens, & orba regio, & frustra ager, quod hic dicitur, sed fructuum omnium abundantia. Vide quod de eo flumine solinus capite quadragesimo octauo. Paneade fonte demissus, regiones præterfluit amœnissimas. Vide quod Iosephus libro tertio de bello Iudæico, de terra Genesareth paludis contermina, quam mediam Iordanis secat: natura & pulchritudine admirabilis nullum pro veritate sua negat arbutum. Quid quod palus ipsa piscibus abundat miram suauitatem quid quod circa ea vrbes plurime, & celeberrime: Induxerunt me ista olim ut mendum inesse iis Tertulliani putarem, atque ita legorem: qua Iordanis amnis finiebat iter. Scilicet fluitans is definit in lacum qui nunc Asphaltites, circa quem vastitas de qua hoc loco. Coniecturam meam tuabat Plinius l. quinti capite decimoquinto: Iordanis amnis oritur (ait) è fonte Paneade, qui cognomen dedit Casareæ. Amnis amœnus, & quatenus situs locorum patitur, ambitiosus, accolisque se præbens velut inuitus. Asphaltitem lacum, durum natura petit, à quo postremo ebibitur, aqua que laudatas perdit pestilentibus mixtas. Tuabat eandem Tacitus libro quinto: Iordanes pelago non accipitur, sed vnum & alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur Is lacus (quo retinetur scilicet & is est Asphaltites) immenso ambitu speciem maris sapore corruptior, grauitate odoris accolis pestifer, neque ventos impellit, neque pisces, neque fueras aquis volucres patitur. Iam nunc nunc sententiam, & verba hac retineo, qua Iordanis amnis finium arbiter, que sensum elegantem præferunt. Arbitri finium sunt qui ortas de finibus contro uersias dirimunt. Terentius in Heautontimorumenno.

- „ Vicini nostri hic ambigunt de finibus,
- „ Me ceperunt à biturum.

Fluminum vero Iudæorum hac potestas est, ut fines statuunt ac mutant. Pomponius Treuerconsultus in l. ergo 30. §. alluui. ff. de acq. re. do. Flumina centitorum vice funguntur, ut ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum. Denique inter signa quibus fines distingui solebant, hoc fuit certissimum, fluminis interuenientis cursus, quod Aggenus Vrbiensis tradit. Retineo igitur veterem lectionem, & de regione Sodomorum interpretor, circa quam vastitas de qua Tertullianus Eam in consinio Arabiae & Palestine fuisse Orosius refert libri primi cap. quinto, qua parte Iordanes fluminis definit, & frustra ager. ] sine villo vsu, inanis, infæcundus. Sic Arnobius

libro quinto: Neque enim credendum est sine suis originibus hæc esse frustra, atque inania fieri.

& solus audiebat. ] Quis solus audiebat: Deus bone quantum vulnus. Similis phrasis (ait vnus) qualis qua post sequitur, & sibi soli erat, qua deserta regio notatur. Alij hanc medicinam fecere nam (vulnus agnouere plane omnes) & sol sua videbat: eodem quo priores sensu, quem à mente Auctoris alienum esse, qua præcedunt liquido probant, vrbes retro, & populi frequentes. Tu subiebat, & solum ardebat: Sanatum est vulnus. Sensum collige. In Palestina olim vrbes erant, & frequentes populi, & vber solum, deinde ira Dei hominum malitiam vindicaturi, quæ eam partem incolebant, qua Iordanis fines eius regionis ab Arabia determinat, vrbes conflagraverunt, populi deleti sunt, terra ipsa & terra vicinum mare infæcundum factum est. Hæc sonant, qua sequuntur. Dehinc ut Deus censor esset, impietas imbres ignium meruit. Hætenus Gomorrha & nulla Sodoma, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit. Correctionem hanc sane scriptura probat. Genesios decimo octauo capite: Dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur, & ignem, & subuertit ciuitates has, & omnem circum regionem, vniuersos habitatores urbium, & cuncta terra virentia. Confer lector eum locum: quem tangimus, & singula eius membra singulis istis, qua sacra historia ministrat, compone. Vrbes erant retro, subuertit Deus Sodomam & Gomorrah: Populi frequentes retro, subuertit Deus omnes habitatores urbium: Solum retro ardebat subuertit Deus omnia virentia terra. Terra cum viret, ridere dicitur. Martialis libro decimo.

Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbos.

Si quis malit cum Latino sic emendare, & solum audiebat, non repugnabo. Nam & hac loquendi formula in sacris vsurpata Osee secundo à γῆ ἰτακῶσται τὸν σίτον καὶ τὸν αἶνον καὶ τὸ ἔλαιον, & contrario sensu surda tellus Plinio dicitur libro decimo octauo, capite tertio, que lata non reddit, nec respondet votis agricola.

Hætenus Sodoma. ] Hætenus, id est, olim fuit, nunc non existat Sodoma, Metropolis tredecim urbium, qua simul eodem incendio cremata sunt. Hanc sexaginti stadiorum ambitu fuisse à Strabone traditum est libro sexto, ubi & incendii causa naturales vtrumque reddita, scilicet à Gentili scriptore.

& propinquitas maris. ] Atqui nullum ibi mare, sed quod ex Tacito supra notauimus, lacus maris specie, & cui ex eo postea maris mortui nomen. Sic Pansanias libro quinto de Iordane flumini: διὰ δὲ τῆς τῶν λίμνης ἡδὲ τῶν Ἰουδαίων νεκρῶν.

iuxta cum solo mortem bibit. ] Similis fore phrasis illa, qua apud Tacitum, ubi de lacu Asphaltite: celo soloque iuxta graui.

& Tuscia Vulinis prifinos deusta. ] Opulentissimi quondam Hetruscorum populi Vulinii, vel, ut Plinius, Forus, Valerius loquuntur, Vulinii: quorum ciuitas Vulinus, siue Vuollinos, tota fulmine cremata est. Author Plinius libri secundi capite quinquagesimo secundo.

quo magis de montibus suis. ] Quos & ignem eruillare proditum. Sed nunc hæc Tertullianus auctore non est: nam Pompeios terra motu non igne subductam Seneca & Cornelius Tacitus restantur, & Campaniam variis motibus obnoxiam esse locus hic Plinii Secundi comprobatur epistolarum libro sexto. Præcelsa per multos dies tremor terræ, minus formidolosus qui Campaniæ non solum castella, sed & oppida vexare solitus. Quid si, moribus, non: montibus, Tertullianus scripsit? Non ita esse alter, quo eandem historiam tangit, locus in Apologetico planum facit. De Vesuuio & vicinis montibus loquutus est, ex quibus in vicinas vrbes profusus ignis Titi Imperatoris tempore. Rem totam apertius & fusius tradidimus in Breuibus criticis.

Campania speret. ] Phrasis Græca, speret, pro: metuat. Sic apud Virgilium primo Aeneidos:

- „ Si genus humanum, & mortalia temeris arma;
- „ At sperate Deos.

& apud Lampridium in Alexandro, At ille metu perterritus & sperans non posse euadere. Denique apud Ammianum Marcellinum libro decimoquarto, Antiocheni plebi suppliciter obsecranti ut inedia dispelleret metum, quæ per multas, difficilesque causas affore sperabatur.

Vtinam & Asia secuta iam sit de soli ingluuie. ] Hoc est, Expert sit hiatus terra. Σωξεδον ἔσθ, species pro genere. Asia omnium terra partium motibus & sepiissime & atrocissime vexata, quod Plinius tradit libri secundi capite octuagesimo sexto: & terra motuum nullus formidolosior eo qui sit per hiatum. Sic vocant vulgo quod hic Tertullianus, ingluuiem Chasma iuris Auctores appellant l. cum res 47. §. fin. ff. de leg. primo. l. forma. 4. §. 1. ff. de censibus, quando terra ingentibus cauernis confidet, ut Linius interpretatur, cum grandiori motu patefactus subito voratrinis terrarum partes absorberent, ut Ammianus Marcellinus definit libro decimo septimo, ubi motuum differentia quatuor expresse, Chasmatia, Climatia, Brasmatia, Mycematia, quibus omnibus Asia diuersis temporibus & locis affecta.

vtinam & Africa semel voraginem paucit. ] Vorago, hic idem quod supra ingluuies. Nam & ea voce illo significatu Hieronymus vsus est in Prophetia Abacuc. An hæc etiam σωξεδον ἔσθ? Non dissimulabo, historiam nescio qua à Tertulliano tangitur. Quod ceteris placet significari terra motu, qui pugnantibus ad Thrasimenum Carthaginensibus & Romanis intercessit, mihi non placet vsquam Vel ipsa historia interpretationem resellit, ut à Lino scripta est lib. vigesimo secundo. In Italia est Thrasimenus lacus, in Italia



A motus ille factus quem sol exercitus non senserunt, cum eo vrbes plurima conjumpta essent. Denique Romanorum circa Thrasimenum clades non Carthaginensium contra quam has verba sonant, Africa vnicis castris defraudatis expiata. Vbi tamen vereor ne legendum sit, Punicis castris. Nam in veteri libro sine prior editione, est Tunicis disertim scriptum, quod sensu caret, & quod praedit de Africa, hocipsum suadet, Punicis, quod est, Carthaginensibus.

multa & alia detrimenta. ] Qualia pluribus persequitur Seneca in consolatione ad Martiam.

bellis quoque plurimum licuit. ] ad mutandum orbem. ferme apud vos vltra stylus non solet. ] Quae ante Ninum gesta sunt persequi. Nam & ab eo historiam suam auspiciati Cresias, Trogus, Orosius, Eusebius, Cassiodorus Quamquam Aegypti ac Syria reges antiquiores ferantur, sed ideo non celebrati, quod nulla bella gesserint. Primus Ninus gessit digna, quae scriptis mandarentur, quod ait Diodorus libro secundo sui historiae.

ab Alyris si forte aui historiae patebant. ] Qui ante Ninum fuerunt, initium fecere, qui ab antiquiore tempore historiae repetierunt. Retineo, aui historiae, pro quo, cui historiae, alij substituum: nam & auium pro tempore, cuius acta describuntur, Catulus dixit eleganter ubi de annalibus Cornelij Nepotis:

... ausus est vnus Italorum,  
... Omne auium tribus explicare chartis.  
Qui vero diuinas lecitamus. ] Ab ipsius mundi cunabulis & creatione, sacrae historiae Auctores regnorum mutationes describunt. Denique si quid mare diluit. ] Breuis est ἀνακαταστάσις praecedentium mutationum ex diluio, incendio, terramoto, bellis. Haec enim illis ordine respondent, si quid mare diluit, ut Atlantidem Insulam: si quod caelum taxit, ut Sodomam, Gomorrhiam, Vulsinos, Pompeios: si quid terra subduxit, ut Asia vrbes: si quid bellum detondit, ut quod regnorum vires comprobant. caelum textit. ] taxit, legendum esse pridem docuerunt breuia nostra critica.

alias versura compensato redit ] Quid si legamus reddit, versuram facere & versura soluere est accepta ab alio mutua pecunia, alii reddere quod ei debebatur. Et hoc certe auit Tertullianus, si quid ablatum sit per eas mutationes, alterius iactura reddi. Sic Plinius, libri secundi capite decimo sexto, quod ad hunc locum facit maxime. Nascuntur & alio modo terrae, & repente in aliquo mari emergunt, velut paria fecum faciente natura, quaeque hauserit hiatus, alio loco reddente.

Iam & primitiis. ] Melius istud quam quod ex libris emendatum est primitiis. Adverbialiter enim dictum primitiis ut ingratias, refert Nonius in primitiis, laudato Lucilii versu.

... Ut cum primitiis ficos propala recentes.

Itaque cogitans omnia sibi domum. ] Simile est huic quod apud Boetium Omne solum forti patria est, & quod apud Senecam, Patriam nobis profectus fumus mundum, vt liceret latiore virtuti campum dare.

C transtulauere redundantium gentium examina. ] Quam bene examina, Metaphora ab apibus ducta quarum examina proprie nouas sedes quaerentium post nouam sobolem Sed & examina pro multitudine apud Hieronymum in epistolis, examina pauperum, sacerdotum, monachorum.

Scythae exuberant Persas. ] De Scythis Ammianus Marcellinus libro vigesimo tertio. Inter Persicos fines positi, Asianus Sarmatis contermini, Alanorum latus tangunt extremum. Eos in oram Pontica Cappadocia impressum fecisse Orosius libro primo scribit.

Phoenices in Africam eruant. ] Tyriorum enim illa duae colonia (quod supra diximus) Vitica, & Carthago: ambae in Africa. Romanos Phryges pariunt. ] A Troianis Aeneas dicit in Italiam profectus ortum suum Romani celebrant, quod in historia tam vulgare ut nihil supra.

Caldaeum semen in Aegyptum educatur. ] Author Caldaeorum Arphaxad, & cuius genere Abrahamus, & ex eo Iacobus, qui cum omni cognatione in Aegyptum profectus. Deductionis illius summam sacra Bibilia referunt Genesius penultimo, & vltimo capite. Ceterum quod hic, educitur, pro: educatur, substituum, no probro: educatur, genuinum est Authoris vocabulum, quia ea quae sunt alterius coniugationis, non raro in primam transformant. Sic ante, ebullando, pro: ebulliendo, ab ebullare dixit, sic postea, de glubasse, dicit, pro: deglubisse.

D Dehinc cum inde transducitur Iudaea gens est. ] Significatur exitus filiorum Israel de Aegypto ducentis & quindecim annis ex quo deducti fuerant, ut à Zonara traditum est. Exstat in sacris historia, Exodi primo & secundo capite.

Sed & Herculeae posteritas. ] Tisamenus regnante Hercules posterius Timenus, Ctesiphontes, & Aristomachus filii Peloponnesum repetierunt, cum querebantur Hypocoonte ab Hercule interfecto, regnum Tyndari filius relictum esse. Author Pausanias libro tertio.

Temeno pariter. ] Id est, cum Temeno, sine ut alij legunt, Timeno, qui vnus fuit ex Herculis posteris, à quo & Temenida, sine Timenida dicit.

Sic & Iones Nelei comites. ] Nelei non Nilei legendum, quod ex historia constat, quae ipsa apud eundem Pausaniam libro septimo. Cum Medon & Neleus Codri filii de regno Atheniensium disceptarent, rei cognitione Delphico oraculo permessa, & Medonti regno adiudicato Neleus cum ceteris Codri filius, magna Atheniensium, maiore Ionum (qui ab Atheniensibus in ciuitatem ante recepti fuerant) manu comparata, coloniam deduxit in Asiam minorem, eamque occupauit,

quae & ipsa ab Ionibus, qui plures numero, Ionia dicta est. Vrbiū, quae ab Ionibus Neleo duce capta sunt, nomina vide apud Aelianum libro octauo, id factum annis centum & quadraginta post vr̄ Iliacas, Tatianus oratione aduersus Graecos Author est.

Sic & Corinthii cum Archia muniunt Syracusas. ] A Corinthiis ortum duxisse Syracusanos Plutarchus in Timolonte & Diodorus Siculus refert libro duodecimo. Neuter Authorem vel nominat vel celebrat. Strabo libro octauo idipsum indicat, quod Tertullianus Archiam quandam ex Temeo vico Corinthia plaga, coloniam deduxisse Syracusas, quae praecipua felicitate super alias floruerit. Idem libro sexto, Miscellum, Archia Syracusarum conditoris, auxilios, Crotonem ex adificasse narrat.

praesentis imperii triplex virtus. ] Recte à Pamelio reprehensus Rhenanus in huius loci explicatione, qui per triplicem imperii virtutem Seuerum, Pescenninum & Albinum intelligi tradiderat, quando consuet inter eos diuersis locis nominatos Imperatores, numquam conuenisse: sed nec ipsius Pamelii recipienda interpretatio est, qui Seuerum, Antoninum, & Albinum intelligi vult, cum non ante Antoninus Imperator sit factus, quam Albinus deiectus & occisus. Ego Seuerum interpretor & duos eius filios Antoninum ac Getam. Vtrumque filium consortem, Imperii factum Herodianus author est. Sic enim de patre Seuero sic: οὗ υἱοὶ ἦσαν οὗτοι Βασίλειος καὶ αὐτοκράτορες Δοδεδέξας. Spartianus alterum tantum Imperatorem à patre factum, alterum Casarem, sed vtrumque successore Imperii designatum scribit. Hoc amplius Seuerum aequiore animo mortem tulisse, quod duos filios pari imperio Reipublica relinqueret. Idipsum Eutropius, id Auelius Victor tradiderunt, mortuum Seuerum relictis duobus filiis successoribus imperii. Illa igitur triplex virtus, Seuerus & duo filii. Coniecturam hanc nostram confirmat Xiphilinus Dionis compendias, ubi Plautiano propter victus rationem, quam instituerat, semper pallenti, quondam à populo in circo obiectum esse refert, ἢ τῆς ἐπιπέρας εἰ δὲ ἀρχαίος, ἀλλ' οὐ τῶν τῶν κέντρον καὶ τὸ Σίβηρον, ἢ τὰς υἱὰς αὐτῶν Ἀντωνίου καὶ Γεταίου. Iuuat eandem nostram coniecturam & Spartianus, qui die Circensium tres victorias locatas in circo scribit, vnam Seuero alteram Antonino, tertiam Getae eius filii: Vnum est quod posse obici videam, Getae in fastis nullam fieri mentionem, nec in iis quidem constitutionibus, quae à Seuero editae exstant in libris iuris. At est etiam quod responderi possit: Getam patre mortuo hostem publicum esse iudicatum, quod quibus euenit, eorum nomina de numero Imperatorum & fastis delentur, ut Dio libro sexagesimo historiae testatur.

Deo tot Augustos in vnum fauente. ] Tot imperatoribus bene consentientibus, & Dei favore ac benevolentia tot victorias obtinentibus. Ecquid rogo id ad Pescenninum aut Albinum? quot census transcripi? ] Census transcriptos intelligo vel remissos vel mutatos & in alium translato. Eo significatu, transcribendi vocabulo usus Seneca in epistolis: maius expecta cum periculum animi deposueris, & te in virum Philosophia transcripserit: vsi auctores Iuris l. aliquando. 13. ff. ad Senatusconsultum Vell. l. si vir vxor. 12. ff. de praesc. verbis. Censuum vero à Seuero transcriptorum exempla cum ex ipso iure nostro, tum ex historia Romana. Ad hanc partem spectat quod Vlpianus l. i. ff. de censibus tradit, coloniam Tyriorum, Laodicensium, Heliopolitanorum, & quod Paulus l. fin. ff. eod. Carthaginem, Viticam Leprium iure Italico donatas esse: spectat & quod Herodianus refert Byzantium destructum, & in formam vici redactum, fuisse Perinthii adiudicatum. Laodicensis Antiochiam attributam.

quot populi propaginati ] Propagatio hac per coloniarum deductionem. Duas à Seuero deductas, vnam in Sebasteiam ciuitatem, alteram in vicum Patavissenum idem Vlp. scribit d. l. i. ff. de cens. quot ordines illustrati ] A eo referendum quod à Spartiano traditum est, Senatusconsultum aut hore Seuero factum, nec liceret Imperatori, inconsulto Senatu, Senatorem occidere: an quod ab eodem relatum, ius vultuarum id est, publici consilii, Alexandrinis eum dedisse, cui ante ita, vt sub regibus olim, viuerent, vno iudice contenti?

quot barbari exclusi ] Quae causa & hos victoriarum titulo: Seuerus adeptus est, qui & in historia & in veteribus monumentis Arabicus, Adiabenicus, Parthicus, Britannicus. Nam haec praecipue gentes ab eo subactae & perdomitae Arabes, Adiabeni, Parthi, Britanni.

caestus & rubo subdole familiaritatis. ] De Albinii morte accipio, ad quem tamquam ad amicum literas à Seuero scriptas, & iis qui perseuerant mandatum, ut abductum in secretum occiderent, Herodianus author est. Quinetiam earum literarum exemplar à Spartiano editum in Albinii vita, quarum & epigraphae, & epilogismus subdolum familiaritatem arguunt. Epigraphae sic habet. Imp. Seuerus A. Cladio Albino Caesari fratri amantiissimo & desideratissimo Epilogismus vero huiusmodi. Tu velim exercitus reip. ac mihi retentis mi vnanime, mi charissime mi amantissime. Quid his potest familiarium?

Pro veste. ] Loco vestis. & quidem de cataclitis. ] Probo hanc lectionem, & ex ea emendo Apuleium lib. vndecimo de Asino, loco illo: Veste niuca & cataclita pratinens sequebatur chorus Legendum vrique cataclita, quod est, ex omni parte clausa.

omni conchylio depressior. ] Conchylium hic non colore, ut alias, sed concham ipsam significat, cuius natura est, ut comprimat & confringat se, quomodo pluma, quae circa collum pauis alia alius stricta adiacent.



A

12. omni patagio inaurator. Dissensio ab aliis in patagis interpretatione. Clauum aureum esse putant qui mulierum vestimentis assuatur, ut latus clauus virorum. Ego id esse puto quod cressinum vulgo Gallis dicitur. Moueoe eo quod Paulus tradidit ad summam tunicam assui consueuisse: Moueoe & hoc Apuleij loco libri secundi de asino, vberes crines leuiter demissos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque sinuato patagio residentes: Moueoe denique verbi originatione in patagio Graci strepitum, & fragorem dicunt, qualem edunt contrectati crispini, qui & ipsi aurei & sinuati non ita pridem apud nos gestabantur à matronis, sed (ut a lia pleraque) in usu esse desere.

omni sirmate solutor. ] Syrma tragædorum vestis laxa & soluta, unde sirmata mulierum veses, qua parte humi procumbunt. Apuleius, Num ex eo argumentabere etiam vti me consuelle tragædi sirmate histronis. Vossicos in Carino, Si autè pallio aurato, atque purpurato, pro sirmate vteretur. Martialis libro duodecimo.

Transfudit ad tragicos se nostra Thalia Cothurnos, Aptastu longum tu quoque sirma tibi. multicolor & discolor & versicolor. ] Quatenus positione latus, prout rectam vel obliquam receperit, coloratur, ut de columbis, retulis, & nominatim de ipso pauo Seneca retulis libro primo quaestionum naturalium.

exuuuis ibi relicti. ] Exuuuis, hoc est, liberide, id enim nomen habet pelus vetus, quam exuunt serpentes. Sed hoc Græcum nomen est læsnelis: Latini Authores vernationem & senectam dixerunt, Lucretius etiam vestem libro tertio.

- vestemque relinquere & anguis
- ,, Gauderet. Et iterum libro quarto.
- ,, --- Cum lubrica serpens
- ,, Exuit in spinis vestem.
- cum squammis. ] Id est, cum cute. Nam & serpentibus quibusdam squammas Plinius eribuit libri octauum capite vigeesimo tertio.
- taceo ceruum. ] Tatianus oratione contra gentes: Sed tu potius te ipsum medicatis, vt canis graminae, vipera ceruus, sus cancris fluuiatilibus, leo denique sumiarum cibo sibi medetur.
- videbis illico audaciam & Græci iam nominis. ] Retineo veterem istam lectionem, pro quo alij, & gratiam nominis, alij: audaciam egestia nominis. Hic enim sensus est: Qui Chamaleontem sub pampino viderit, non rei modo tenuitatem ridebit, sed nominis Græci audaciam, quo ad leonem proxime accedens bestia significatur. Χαμάλιον, humilis leo. Hac scilicet audacia, tantillo animali tantum nomen tribuere. Simile est quod Lucenalis capit satyra octaua.

- præclaro nomine tantum
- ,, Inlignis: nanum cuiusdam Athlanta vocamus,
- ,, Æthiopem Cygnum, paruum ex tortamque puellam
- ,, Europem, cambus pigris scabieque veruilla
- ,, Leuibus & sicca lambentibus ora lacernæ
- ,, Nomen erit Pardus, Tygris, Leo, si quid adhuc est
- ,, Quod fremat in terris violentus.

Qui minoribus malto elicit. ] Antiquum verbum lubens hic refertur, multo cluet, cuius nota significatio.

- Cum circumpectu emisisti oculi. ] Imitatio hac Plautina. Sic enim Euclio apud Plautum in aulularia actu primo.
- ,, Excundum hercle tibi hinc est foras
- ,, Circumpectatrix, cum o oculis emisistiis.
- molitur necessum semper & promouet. ] Probo valde quod Ciconius restituit, nec promouet. Est enim moliri tentare tantum aliud, & comparare se ad aliud faciendum.
- Ieiunus scilicet semper & indefessus. ] Indefessus ex libris emendatæ Pamelius, quod & priori editione Rhenani probatum, eo autem idem significari quod indefessus, volunt. Disiunctis vocibus indefessus legendum certissimo argumento demonstrauit libro priore Breuium, vt sit sensus: Chamaleontem semper ieiunum, atque ex ea causa festum, vt gradum promouere non possit, quantumuis moliatur. Elegans locus Plauti, quo inedia lassitudinem coniungit, Cassina:
- Nusquam ædopol gentium
- ,, Ieiunus æque est, atque ego ruri redibo te,
- ,, Post id cum lassus fueris.

& Camaleon mutare totus. ] Mutare, pro: mutat, qua phrasis Terulliano familiaris. Ceterum hæc mutationem ex ira aut cupidine accensa, humore diffuso esse existimat Seneca libro primo quaestionum naturalium.

de corio suo ludere. ] Vsurpatum à Martiale proverbum epigrammate in Cerdonem, libro tertio.

- ,, Ebrius es, nec enim faceres id sobrius vnquam,
- ,, Vt velles corio ludere Cerdo tuo.
- multa dicendum fuit. ] Sic infra, Phylconem & Sardanapalum tacendum est. Hæc scilicet Africana eloquentia, quam Sparianus suggillat.

præstructum perueniretur. ] præstructum, vel, perstructum, id est, oratione: per structionem & ordinem, dixit Arnobius libro quinto. hunc quoque primordio accipitis. ] Neque enim Gentiles cum Christianis conueniunt in primi hominis generatione, & ad Gentiles hæc oratio: quorum diuersas opiniones de ea, persequutus est eleganti oratione, cui cineritis nomen fecit, Campanus Episcopus Interemensis.

post demum sapientiam haud dum licitam. ] Tam id & quod sequitur ex sacra historia est, qua exstat Genesio tertio capite: vt Adamus & Eua de prohibita arbore scientia boni & mali comederint, mox

B

C

D

peccati conscij verecundas corporis partes scilicet folijs operauerunt, postremo paratis è pellibus indumentis tecti paradiso eieci sine. Sapientiam Tertullianus vocat, quam scientiam boni & mali sacra litera, atque hæc illius opinio est, futurum fuisse aliquando, vt eam bene volente Deo consequerentur primi parentes, id enim sonant illa verba, haud dum licitam.

originis loco. ] Atqui extra paradisum creatus Adamus in eum translatus est. Ergo locum originis dicit, in quo statim post creationem consistit. In paradiso creata Eua, qua non modo particeps, sed incentiuum peccati fuit.

Pellitus orbi vt metallo datur. ] Sic accipiunt vulgo, vt pellibus vestitus Adamus fuerit ad instar eorum qui opus metallicum faciunt. Maior emphasis orationis huius (orbi vt metallo datur) & quidem ex iure ciuili nostro. Fuit hæc sententia, qua damnatus Adamus post peccatum. In laboribus comedes ex terra omnibus diebus vitæ tuæ, in sudore vultus tui comedes panem, donec reuertaris in terram. Quæ exstat Genesio tertio. Et hæc damnatorum in metallum pena vt perpetuo ei operi seruiat, neque enim temporalis illa fuit. l. capitalium. 17. §. Diuus. ff. de panis. Dare metallo, & dare in metallum, apud Authores Iuris, est pena metalli asserere. vt in eo toto vita tempore opus fiat: sic & hic dare orbi, in panem peccati & prauaricationis, ad opus perpetuum in orbem faciendum damnare.

Sed arcana ista nec omnium non esse. ] Vere arcana: nam & super ea generatione hominis, prohibitione esus ex arbore, damnatione denique propter eum, multa queri solent, qua nec capere omnes possunt nec soluere. Pleraque à Diuo Augustino discussa libro decimo quarto de ciuitate Dei, plura à Diuo Ambrosio libro singulari de paradiso, plurima à Mose Barcephæa Syro, Episcopo in Bethraim, libro etiam singulari de paradiso.

cedo iam de vestro. ] De Authoribus vestris, ex quo tradiderint vestrum vsu mæpisse si non placet quod sacra litera testantur, statim à creatione Adami, & post peccatum nuditatem pudori fuisse.

Minerua maluitis. ] Lanificii inuentio Minerua tributa, ex quo & Minerua pro stamine, quod Arnobius libro quinto scribit, usurpat, vt & apud Virgilium hoc versu, qui exstat octauo Æneidos.

,, Qui tolerare colo vitam tenuique Minerua deglubasse ouiculum. ] Deglubere, vulgo dicimus, non: deglubare. Ideo alij: delibasse, alij: delibrasse, legunt, neutra voce huic loco satis respondente. Malim, deglubasse. Verbum est à Paulo Iureconsulto usurpatum in l. cadere §. ff. arb. furt. c. s. pro eo quod est glabrum reddere, & glabra oues quibus enulsa est lana. Paulus Trinnummo.

,, Oues scabræ sunt, tam glabræ hem! quam hæc est manus. Antiquus mos iste, vt vellentur oues, non tonderentur, quem adhuc suo tempore durasse multis locis, Plinius auctor est libri octauo capite quadragesimo octauo. Et hoc ipsum est deglubare. Quamquam deglubasse, pro: deglubisse, à Tertulliano scribi potuit, vt ebullare, pro: ebullire, educare, pro: educere, supra.

aut quis Tarentum ] Retineo: quis, pro: quibus. Sic enim & scripsisse & extulisse veteres Augustinus tradit in sua Grammatica. sed quoniam & arbuta veltunt. ] Eiuspeus Virgilii versus libro secundo Georgicæ.

,, Quod memora Æthiopum molli cæcæntia lana.

De xylo suo gossipio intelligendus versusque locus, nam in superiore Ægypti parte nasci fruticem, ex cuius fructu lanugo, refert Plinius libri decimo nono capite primo. Adverse lector, fruticem dixit Plinius, quod arbutum Tertullianus. Falluntur qui Græcos id genus lanigeræ arboris ignorasse putant, quando sit vero simile de eo sensisse Theophrastum libri quinti capite nono: quod pridem ab eruditissimo viro, Iacobo Dalochampio notatum est. Iam in Cypro, & Creta, & Sicilia insulis tam frequens arbor & fructus, vt nihil vilius, bombacem vulgo appellat. Refert & Strabo libro tertio, apud nouam Carthaginem arborem nasci, quæ è spina corticem emittat, unde pulcherrimæ tele efficiantur.

& lini herbida. ] Alia sunt eiusdem generis cum lino, quæ per aliquot dies aqua macerata apta sunt telis texendis. Omnia lini nomine venire apud Plinium & Authores ceteros putantur. tunicam pangere & ferere. ] Gossipia panguntur, id est, plantantur, linum, canabis, cætera id genus feruntur, & ex iis omnibus tunicæ.

nam & de mari velleræ. ] Istic bareo. Nam quod Plinius libri noni capite trigesimo quinto scribit, non satis fuisse hominibus de periculis maris vesti, nisi & vestirentur: ad margaritas perinet, non ad vlla velleræ. Athenæus quidem, ex Theophrasti libro septimo de plantis, memorat bulborum genus quoddam lanigerum in oris marinis nasci, lana sub primis tunicis confersa, ex qua vestes conficiantur: sed id nihil aque ad Tertullianum, qui concharum id opus esse de quo scribit, & ex quo vestes fiunt, annuit. Mirulos & primas ex concharum genere depinxit Gesnerus, qua byssum ferant: ac pretiosissima olim byssina vestimenta. An de iis Auctor hic senserit, nihil statuo.

Prorsus haud later bombycem. ] De bombyce verme pluribus Plinius, qua ab aliis nota sunt. Ex eo stamina bombycina quæ à sericis distare plerique arbitrantur. Certè illa distinxit Vipianus l. vestis 23. ff. de auro & arg. leg. nec desunt Authores, quibus hæc differentia probetur, vt bombyx sit vermium opus, sericum vellus quod circa folia arborum nascatur, & aquarum frequenti aspergine vitile fiat textura. Plane est vt addatur in eam sententiam, non differre bombycinum à serico. Moueoe Pollucis auctoritate, qui à vermibus texturus suas colligere Seras populos libro septimo scribit, quod ipsum & Pifidas in cæcime de mundi officio notauit his verbis:

E

F

G

H



A

„ ποιος δὲ ἐκ τῶν ἀλλοτρῶν Σηρακῶν νόμος  
 „ περὶ τοῦ πελαγονικοῦ κλωστοῦ νήματα ποιῆσαι  
 Momeor multo magis eo quod Pausanias de scribis vermibus tradit, non dissimile ab eo quod Terullianus hoc loco de bombyce. Sic ille ut reddidit Romulus Amazeus. Filia quæ ad texturam vixurpat Seres, nulla ex stiper sunt, nascuntur in eorum terra vermes quos feras Græci, ipsi longe alio appellant nomine (eo forte quo nosser hic Author bombyces) magnitudine, i. infecti magni scarabæi, cetera araneo simillimum. Hoc Seres accurate nutriunt, cellas illi cum æstius tum hybernas fabricantes, pedib. (habet autem octo, quot & aranea) sub arboribus textile opus facit. Annos fere quatuor panico alitur, quinto demum (neque enim longior ei contingit vita) viridem apponunt arundinem, quo pabulo bestiola illa maxime delectatur, eo satur sagina rumpitur, & educunt inde è vicieribus plura flaminum volumina. Postrema hæc sic habent in Græco, ἐκ δὲ δὴ τῶν ἀλλοτρῶν ἔστι τὸ πᾶν τὸ ἐξ ἄλλοτρῶν ἔδδον, quæ ad verbum translata id Latine sonant, & mortua ea, multum conuoluti flaminis intus reperiunt. Vide lector & confer cum iis Tertulliani, ut à Turnebo emendata sunt. Perinde si necaueris, animata iam flamina euolues. Obiicitur Virgiliti versus qui hunc sequitur quem de Gossipio supra interpretati sumus.

„ Velleræque in foliis depeccunt tenuia Seres:  
 Item & alter Claudiani non multum dissimilis:  
 „ Stamine quod molli tondent de stiper Seres.  
 Obiicitur denique quod Ammianus Marcellinus libro vigesimo tertio de vellere, ex quo sericum conficitur, arborum foetum esse qui aquarum crebris asperginibus molliatur. Respondebo ego, idem de bombyce Coa scriptum à Plinio libro undecimo, capite vigesimotertio, nasci ex arborum flore imbribus decussis & terra habitu animato, pedum asperitate radere foliorum lanuginem in vellera, mox cogere & subigere vnguium carminatione, tum trahere inter ramos, tenuare ceu pectine: postremo eorum cepta lanificia humore lentescere, mox in fila tenuari in ceo fusio. In summa non video cur ea que ex frondibus percipi dicuntur vellera, vermibus tribui non possint, ut idem cum bombycino sericum intelligatur.

Quarum pars gentilitus. Apud quasdam gentes, apud quosdam populos.

Pars vero Passiuus. Passim & apud omnes, quod est promiscue Sic Apuleius passiuam congeriem dixit libro sexto, sic Iulius Firmicus passiuam Venere, publicam & promiscuam Hieronymus in caput decimum sextum Ezechielis passiuam libidinem, & in caput decimum Matthæi, passiuam interpretationem que communis & vulgaris esset. Quamquam Africanorum scriptorum peculiare id eo sensu vocabulum videri potest, ita eo frequenter vtuntur. Ceterum & hic Plautina imitatio in fingendis aduerbiis.

etiã Græcum magis. Apud Græcos magis frequentatum. ipse qui Græcos pellendos. Dnos hic Catoenes nobis ingerunt, Maiorem & Vticen[em]: quorum ille Græcos oderit, hic iisdem fauere. De uno sensisse Authorem verba ipsa comprobant: de Maiore scilicet, quem Cicero in eo libro quem de eius nomine inscripsit, senem literas Græcas didicisse tradit, quod ipsum in eius vita Plutarchus. Id vel iuridicæ facta mentio arguit, quæ iurisdictionem significat, & iurisdictionis magistratum. Nobilis quippe Cato ille Maior cum consulatu, tum maxime censura, ex quo & Censorii nomen meruit. Hieronymus in epistolis qui locus hunc illustrat maxime) de eo ipso, Qui extrema atate Græcas litteras nec erubuit censor, nec desperauit senex dicere.

Quid nunc si est Romanitas omnis alia. Valde corruptus hic locus, & ab aliis quidem pro parte restitutus: sed verba suo loco mota, ita restituenda. Quid nunc, si est Romanitas omnis alia, nec vestis tamen: At non ita estis, admodum Græci estis. Hoc sensu. Quid reprehensione dignum est in nobis, si præter vestem omnia ex instituto Romanorum geramus: Contra factus vos, qui in omnibus præterquam in veste Græcos imitamini.

vnde gentinm. [A Græcis esse illa vitia, quibus maxime dediti sunt Carthaginienses, probat exemplo athletica, quam à Græcis profuxisse Horatius indicat his versibus.  
 „ Vt primum positis nugari Græcia bellis  
 „ Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua,  
 „ Nunc athletarum studiis, nunc arbi equorum,  
 male fenescencia. Non fenescencia, quibus non abstinetur, licet inutilia futura sint. Sic apud eundem Horatium id accipitur:  
 Quid male patientem in rupes derustrit æscellum.  
 & id apud Virgilium:  
 Heu male tum mites defendet pampinus vuas.  
 Lutea vnctio. Ceroma intelligit, quo palastræ & athleta vtebantur. Seneca in epistolis: Æque luctatores & totam oleo & luto constantem scientiam expello, ex istis studiis liberalibus. Ceroma ex oleo & terra ut lutum imitatur, ex quo & lutei qui eo vncti sunt. Martialis libro undecimo.  
 „ Cur Lacedæmonio luteum cæromate corpus.  
 Idem libro Apophoretorum altero:  
 „ Nelucet immundum nitidos ceroma capillos,  
 „ Hac poteris madidas condere pelle comas.  
 & puluerea volutatio. Hoc etiã Athletarum propriū, ut post ceromatis vnctionem, in puluere volutarētur. Vtrumq; morem Statius notauit.  
 „ Postquam oleo gauisa cutis, petit æquo vterque  
 „ Pro cursu medium, atque hausta vestitur arena;  
 „ Tum madidos artus alterno puluere siccant.  
 Seneca in epistolis: Totum athletarum fatum illo diē mihi per-

B

C

D

E

F

G

H

petiendum fuit, à ceromate nos aphe exceptit, quod postea apertius explicans, siquidem obcurius scriptum erat. Duo (inquit) incommoda inter se contraria simul pertulimus, quia eadem die, eadem via, & luto & puluere laborauimus.

Et arida saginatio. ] Enge φαρμα uno verbo Græcis dicitur, quod ut Latinum Cassianus usurpauit non uno loco, sed & ipse Tertullianus in quo versamur, pro esu ciborum aridorum. Galeni libro de salutari diata præceptum est, cauendum athletis ne post exercitacionem bibant. Quin etiam eorum antiquum cibum & viduum fuisse caricas, id est, aridas ficus, Plinius docet libri vigesimitertij capite septimo.

vnde apud aliquos Numidas. ] Numidarum regio Carthagini vicina, equitatu plurimum valuit, quod & Appianus & Plutarchus tradunt Mauros vocat Strabo, & de ijs hoc ipsum: cum magna parte incertis vagarentur sedibus, prominentes capillos cincinnis exornasse, idem post molles facti, Græcorum more eosdem rasilisse, tonondisse, ac euulsisse dicuntur.

tam rapax ab ala refina. ] Excutiendorum pilorum ratio per ψιλωπρα (sic enim vocant medici quibus ad eam rem vtuntur pharmaca) & inter ψιλωπρα refina non postremus locus. Plinius, Pudet fateri maximum honorem eius (de refina loquitur) in euellendis corpori virorum pilis. Martialis libro tertio de pilis Gargiliani.

„ — nam certe non potes illos  
 „ Refina, veneto nec refecare luto.  
 Mirum quod & alarum pilos euellent, qua maxime parte conspici non sunt. Notat Hic Tertullianus, notat Iuuenalis Satyra undecima.

— vellendas præbuit alas.  
 Et iterum Satyra decimaquarta.

— grandes miretur Lælius alas.  
 Qui id præstabant, Alipili dicti Seneca in epistolis. Alipilum (inquit) cogita, tenuem & stridulam vocem exprimentem, nec vquam tacentem, nisi cum vellent alas.

tam furax à mento volsella. ] Vbi psilothris vti commode non licuit, volsellis factus est locus: in mento maxime ad canos euellendos. Martialis.

— Purgentque sæuæ cana menta volsellæ.

Id molles & delicati faciebant, de quibus apud Varronem prouerbium. volsellis pugnant non gladiis. Ea sunt que Græci περιλάβια & μαδρῶσα vocant, Galli, pincettes, pridem enim & in Galliam vsque processerunt Græcorum delicia. Mulieribus vsui sunt ad superficialium coercendam luxuriam. Atque inde apud Plautum iusurandum lenonis per ea instrumenta quibus meretrices ad ornatum vtiebantur, Curculionis actus postremi scæua postrema:

„ At ita me volsellæ, pecten, speculum, calamistrum meum.  
 „ Bene me afflinit, &c.

illius est hæc tota res Asiæ. ] Plinius libro trigesimotertio: Asia delecta primum luxum misit in Italiam, eadem domata grauius afflixit mores Iulianus libro trigesimo sexto, Asia facta Romanorum cum opibus suis vitia quoque Romam transfudit. Valerius Maximus libri secundi capite sexto ubi de Lycurgi legibus, quibus prohibebantur Spartam in Asiam progredi: Audierat enim lautitiam inde, & immodicos sumptus, & omnia non necessaria voluptatis genera fluxisse.

Quid tibi Libya & Europa. ] Libya nomine Carthaginem, Europa Romam significat, quas præcipue vrbes hoc libro in seclatur.

Quale est Græcatim depalati. ] Vel ea qua præcedunt errorem scripturae arguunt in verbo depalati, ut frustra se in huius interpretatione torqueant qui hunc librum recensuerunt. Legendum utique depalati, quod libro priore Breuium criticorum docuimus.

habitum transferre. ] Probro dabatur vsus palij, quod id proprium Græcorum indumentum esset. Generalis autem hæc est aduersus obiectionem præscriptio, tum demum probro esse debere mutationem indumenti, cum natura mutatur, non sola consuetudo, quid hoc cum natura mutatur: Paucis explicatum habe apud Senecam: Non videntur tibi contra naturam viuere, qui commutant cum feminis vestem Interpretationem illam dilucide probant, qua mox subiecta sunt, exempla.

consuetudo fidem temporis. ] Debet supple. Nam & diurna consuetudo etiam in iis qua errore introducta sunt, vim legis habet: quod Iureconsultus ait, l. diurna 33. ff. de legibus.

naturam itaque concussit. ] Primum exemplum natura cum habitu mutata in Achille, cuius vulgarior fabula est quam ut scriptis vllis, vel interpretatione egeat.

nominis consilium. ] Iam ante dixi nominis consilium hic esse rationem nominis, quam Græci ἐπινομιαν vocant.

patiens iam vstriculas. ] Scio quid de vstriculis alij scripserint (nam hæc vera lectio patiens iam vstriculas.) Scio, nec improbo dici potuisse psilothra, qua aduridi vim habent. Sed hoc loco aliter interpretor: ut sint vstriculae, igniculi, & scintilla libidinis vstriginem Apuleius vocauit libro primo de asino: atque hoc, patiens vstriculas, nihil aliud sit quam pubes factus, quod ea maxime arate libidinis igniculi prorumpant. Hieronymus in epistolis: Flammam libidinis, & incientium feruentis ætatis cupit extingueret. Idem in vita Hilarionis: Titillabat itaque sensus eius, & pubescenti corpori solita incendia suggerebat. Denique in epitaphio Marcella: naturalem carnis ardorem qui in adolescentia plerumque feruefcit. Sic Authores Iuris incalescentem sexum pro pubertate dixerunt. l. repetundarum. 15. §. Hermaphroditus. ff. de testibus.

iam virum alicuius clanculo functus. ] Iam expertus opus nuptiarum. Viri appellatio & sexū significat, & corruptū: ut de mulie-



A  
ria nomine traditur in l. querebatur, 14. ff. de Edil. edicto. Caterum hoc ipsum quod Tertullianus, notavit & Ovidius primo de Arte, hoc disticho

„ Forte erat in thalamo virgo regalis eodem ;  
„ Hæc illam stupro competit esse virum.

adhuc sustinet. ] Vult, patitur. Sic apud Suetonium in Augusto, Pontificatum maximum, quem nunquam auferte viuo Lepido sustinuerat. Et in Caligula, crudelissimum cædem de seuit edicto, & eos, qui spectare sustinuerant, execratus est.

stolam fundere. ] Recte vsus appellatione stola hoc loco, quia id muliere indumentum quo sine probro viri non possunt, l. vestis. 23. §. muliebricia. ff. de auro & arg. leg. Sic Seneca libro de vita beata, Epicuri dogma specie tantum non reapse voluptatem inducere que reprehendi debet significaturus, Hoc tale est (inquit) quale vir fortis stola indutus.

ceterum si post incencium. ] Incentium nunc ait, quod ante vstriculas: & quod sequitur, id significat, si temperasset ab opere nuptiarum.

Potisset & nubere. ] vt scemina. Nam scemina nubunt, viri uxores ducunt. Quamquam non adeo constans huius vocis vsurpatio eam in partem apud Auhores.

de viro scemina. ] Cum iter filias Lycomedis regis habitu muliebrici occultatur.

B  
de scemina vir, ] Cum Vlyssis dolo agnitus ( nota est fabula de suis & sic in medium protecta ) educitur ad bellum Troianum. alter aduersus naturam. De viro in sceminam. alter aduersus salutem. De scemina in viram, qua causa mortis ei fuit.

Terpius adhuc. ] Alterum exemplum est mutata cum habitu nature in Hercule, cum apud Omphalem Lydia reginam egit, muliebri habitu indutus. Hac mutatio turpior fuisse dicitur illa quam in Achille ante noxavit. Matris formido fecit, vt Achilles habitum mutaret: vt Hercules mutaret, propria libido.

Lydiae clancularia. ] Cum qua clam conuiescebat. Sic Martialis libro nono, clancularius Poeta, qui ignotus dicitur.

vt Hercules in Omphale. ] Vt vicissim habitu mutato naturam quoque inuertent Hercules, & Omphale.

coronam forsitan fuerent. ] Sagitta scilicet, hydra & centauro-rum sanguine madentes. Recte vero: coronam fuerent, quippe refert Plinius libri vigesimo primi capite tertio, mulierum luxuriam exitum habuisse in subtilibus coronis, qua ex nardi folio & versicolore serico. Meminit earum coronarum Martialis libro quinto.

„ Frontem subtilibus rabet coronis.

Et iterum libro nono,

„ Ornenrurque rosis tempora subtilibus.

ne fortis mulieris quidem. ] Casta & fortis mulier pellem leonis induere non posset, quanto minus Omphale mollis, & delicatula?

C  
balsamo aut telino spero factum. ] Sic emendauit Rhenan. postiore editione, cum priore legeretur balsamo aut pelino Quid si delino legamus? Facilis fuit in operis, mutati d, in p. Delinum vnguentum laudatissimum antiquitus fuisse quod ex Delo insula exportaretur, Plinius tradit libri decimoterti capite primo. Sed & Telinum celeberrimum Meandri comici Poeta etate ait idem Plinius, non tam ad voluptatem quam ad sanitatem: quippe vsui maximo in medicina, grauiusculi odoris propter sanem Gracum, quo maiori parte constat. Eius componendi rationem expressit Dioscorides libri primi capite quadragesimo sexto. Iam tui sit arbitrii (lector) Delinum an Telinum legas, idem sensus fuerit. Sed ego Delinum (si quaras quod malim) probomagis.

stira leonina. ] Quid si stira, legamus pro stiria? scies (inquit Pollux) τῶν ἀγῶνων πάλμας εἶδος, species ornatus capitis qui ex contortis capillis. Vide iam an huic loco conueniat. Ne contorti leonis pili ceruicem Omphales in quam à capite propendebant inurerent, veritas est & iubar pectine distinctas.

hiatus. ] Oris leonis.

crinibus. ] Omphales.

inter antias. ] Anteriores capillos Omphales. Hac voce illo significati vsus Apuleius in Floridis. Eosdem libro secundo & quinto de Asino, antependulos, & anteuenui dixit, quos alii caproneas. Ceterum elegans ista descriptio pellis leonis ore tenus inserta capiti Omphales, cum reliqua pars pro tunica esset.

Nemæa certe. ] In qua sylua occisus ab Hercule is leo, cuius exuua Omphalem vestiebant.

D  
qualis Hercules in serico. ] Non video cur pro serico, velint reponi theristiro, nisi forte ita habeant libri, cum postea, ubi de Alexandro, sericum pro serica veste idem dixerit: quomodo & Prudentius hymno de diuo Laurentio.

„ Hunc qui super serico,

„ Quem currus inflatum vehit.

Omphale in Hercules scorto. ] Quid si spolio, legamus, vt significetur pellis leonis? Constat magis ille sensus qui ceteris placuit, tam decuisse Herculem sericum Omphales, quam decuit Omphalem pellem leonis. Quamquam & scortum pellem significare probatum est, ac non hac pellem Hercules qua induta Omphale, sed leonis, nisi ideo Hercules, quod ea vestiretur.

Sed qui arte Tyinthium accefferat. ] Exemplum id tertium mutata cum habitu nature, in Cleomacho pugile, Hercule antiquiore, quod sonat hac oratio, sed qui ante Tyinthium accefferat, vt ex libri emendatione hic locus: qui forsitan ita melius quadrabit sensui proposito, qui ante Tyinthium cellerat, diuiso verbo, antecefferat,

interiectu vocis, Tyinthium, vel sublata particula, ante, ita etiam melius: qui Tyinthium antecefferat. Deo Cleomacho sic Strabo libro decimoquarto. ὁ Κλεόμαχος ὄρνυκτος ἀπὸ τῆς ἑρωτικῆς ἐπιπέτου κινάδα καὶ παλαιῆς ἀπὸ κινάδα τρεπομένης, ἀπὸ μάλιστα τοῦ ἀπὸ τὴν παλαιὰν τοῖς κινάδα διαλέκτου, καὶ ἰσοπονοῖας. Et Cleomachus pugil, cum in cinædi amorem incidisset, & ancilla quæ illum enutrierat, cinædororum voces & mores imitatus est.

cum incredibili mutatu de masculo fluxisset. ] Certe supra fidem mutatio illa, & pugile cinædus, ad de masculo fluxisset, id ipsum est, cinædus factus esset. Cinædi proprio epitheto fluxi. Martialis libro quinto:

„ Spadonecum sis euirator fluxo.

Fluxi autem qui molles & effeminati. Seneca Rhetor in prologo declamationum. Iteneunc & in istis fluxis atque expolitris, & nullquam nisi in libidine viris quarite oratores. Vbi tamen quadam exemplaria, in istis vullis, vtraque lectio defendi potest.

Intercutem cæsus, & vltra. ] Intercurum malo, aduerbialiter. Latet sub his verbis obscenitas rei nefaria, hoc est, id ipsum quod cinædi sunt. Cæde, concide, verba ad omne genus nequitie commodata, inquit Marcus Tullius Verrius tertius. Cædere idem quod Plauto diuidere, denique intercutem cæsus, id est, muliebria passus Persius.

„ Cædimus, inque vicem præbemus crura sagittis.

Inceruis Poeta ludo in Priapum, sub persona Priapi.

„ Qui quondam ruber & valens, solcham

„ Fures cædere quamlibet valentes.

Vetus glossarium Percifus, prædicatus, παρὰ τοῦ κινάδα.

Sicut vestigia cæstum viria occupauit, ] Vera hæc lectio, quam alii varie interpretantur. Pertinet ad mutationem qua in Cleomacho facta est, cum ex pugile in cinædam abiit. Pugiles castibus certare solebant, qualis pugna inter Darem & Entellum Virgilio descripta libro quinto Æneidos. Castus facti ex coris bubulis, qua brachii extrema parte qua manus adiacet connexa, per singulos digitos & palmas extenduntur. Crudos eos dixit Arnobius libro primo, & iterum libro septimo, quod ex crudis coris constarent. Viria autem siue viriola, armilla qua brachys aptantur siue ex auro, siue ex gemmis: nam de vtroque genere apud iuris Auhores mentio, l. quid tamen. 4. 4. ff. de contrah. empt. l. sin ff. de auro & argenteo leg. Glossario veteri, viria πειχία, πειχέου, Ἰνδία & viriola eadem cum viris. Falsum utique quod à quibusdam traditur, virias armillas esse quibus viri, viriolas quibus mulieres uterentur, vtriusque vocis vsus apud Auhores promiscuus. Vide apud Ambrosium virias mulieribus tributas libro primo de Abraham capite nono. Puer Abraham accepit in aures aureas singularum dragmarum, & duas virias dedit in manus eius. De Rebecca ibi sermo, de qua & id quod sequitur: Ideo accepit in aures & virias quas misit Abraham. Et quod postea, ex quo hic locus quem tangimus illustratur. Has in aures habebat quæ non grauerent aurem, has virias quæ manum non materiali auro onerarent, sed spiritali actu leuarent Id ergo Tertullianus, in Cleomacho ex pugile cinædo facti vestigia cæstum viriam occupasse, vt qua parte aptare castus solebat ad pugnam, armillas composuisse dicatur ad ornatum & libidinem. Armillis (qua ipsa viria) vsos cinædos arguit versus Martialis.

„ Quan qua Delphico lapsa est armilla cinædo.

ita & endromidis folocem aqua multicia synthefi extrufit. ] Prior editio pro extrufit, habebat, extruxit, vitiose, ac sine vlllo sensu. Certe vel extrufit legendū vel (quod verius puto) exclufit. Nam quod hic dicitur, ita est accipiendum, vt istud in epistola Valeriani Imperatoris apud Vopifcū: Vestis noua veterem vlcem excludat. Quippe id Tertullianus Cleomachum, ex pugile cinædam, non modo castus commutasse viris, sedet endromidem multicia veste.

endromidis folocem. ] Endromis genus amiculi vel straguli potius, quo pugiles & athleta post certamen utebantur, vt & frigus arcerent & sudorem exciperent. Vestis erat crassa, hirsuta, villi longiores, & ex ceromate quo pugiles vngentur, atque ex sudore quo diffuebant, pinguis & sordida, Huic nomen, non quod cursui apta esset (condonabunt mihi hanc censuram Beati Rhenani manes) nam quid currenti magis incommodum? sed quod & πορρεν, in palestra vsui, non modo post cursum, sed post quodlibet certamen. Lana, qua constabat, solocis nomen (quod & hic vsurpatum à Tertulliano) quoniam pinguis & crassa esset. Solox veteri glossario, τὸ παρὰ crassum, pingue, sordidum: & solox lana apud Tirinnium, pura opposita. Postulas huius interpretationis asseratorem? perlege quod sequitur, Martialis epigramma à libro epigrammatum quarto.

„ Hanè tibi Secanica pinguem tetricis alumnam

Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet,

Sordida, sed gelido non aspernanda Decembris

Dona, peregrinam mittimus Endromidem.

Seu harpasta manu puluerulenta legis,

Plumæ seu laxi partinis pondera follis,

Siue leuitem cursu vincere quaris Atam.

Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,

Neve grauis subita te premit Ius aqua.

Ridebis ventos, hoc munere reclus, & imbres;

Nec sic in Tyria syndone tutus eris,

aliqua multicia synthefi. ] Multicia dicuntur vestimenta tenuia, qualia serica sunt, quod multis filis consistunt pa tenuitate: polymita Martialis vocant, vsus hac voce Iuuenalis satyra secunda;



A

...cum tu multicia sumas.  
 Et iterum satyra undecima;  
 Humida suspectis referens vestigia rugis.  
 Inde etiam apposito multicia tunica apud Vopiscum in Aureliano, tunica virilis multicia decem. Et hoc loco, multicia synthesis, pro qua vis vestis tenui. Quid si synthetin pro veste non accipiamus, sed pro capsa, pro armario, in quo solent vestes composita haberi? Gallis Garderobes, non alienus erit a proposito significatus, ut dicatur Cleomachus extrussisse solacem endromidis aliqua multicia, & extrussisse synthetin, non synthetin veste, sed synthetin vestium. Hoc magis conveniet si pro: extrusit, legamus: excludit, ut ex Vopisco supra vel notavimus vel emendavimus. Synthetis ut capsam seu vestiarium significet, constat ex lege Titia, 38. §. Semproniam. ff. de auro & arg. leg. quod & nos alias docuimus.

Physiconem & Sard. napalum. ] Quartum exemplum mutata cum habitu natura de Physicone, Sardanapalo, Nerone, Vitellio, quorum historias alij diligenter tractaverunt.

& quidem sub Nerone. ] Duos his verbis perstringit arbitror, Nerone scilicet, & Nerone posterioriorem aliquem. Nam hoc sub Nerone, quid aliud quam post Nerone? Vitellium certe, cui iam ab adolescentia ob impuritatem & molliem Spintria cognomen inditum Suetonius tradit.

mutandis indubiis. ] mutandis vestibus. Indubiis, pro induviis, dictum frequenti apud veteres mutatione consonantis in b. vt exuvia ab exuendo, sic induvia ab induendo. Plautus in Menachmis ubi de palla muliebri veste: Induvia tuae atque vxoris exuvia rosa. Id autem Tertullianus annuit, mutandis vestibus causam prestare, non modo libidinem & animi molliem, ut in Achille, Hercule, Cleomacho, Physicone, Sardanapalo, Vitellio: sed & vanam gloriam, ut in Alexandro Macedone, Aristippo, Empedocle, de quibus postea.

etiam viro saluo. ] Prior editio habuit, viro saluo, quam lectionem magis probandam monui iam brevium criticorum libro altero. Id enim significat, esse qui quamvis naturam non mutant, & viri permanent, muliebribus tamen indumentis utantur. Vir à virtute, & viri propria, qui fortes ac constantes, & (si dicere liceat) virtuosus. Sic exaudiendum istud Horatii Epodan ode decimaquinta;

Si quid in Flacco viri est.  
 Et istud Iustini libro primo ubi de Sardanapalo, Se & diuitias in incendium mittit, hoc solo imitatus virum: tum hoc Ciceronis Philippica secunda: Quod non fecistis ignosco, virum res ista potulubat. Denique Ovidij aliud libro de Arte amandi,

Cætera lascivæ faciant concede puellæ,  
 Et si quis male vir quærit habere virum.

magnum Regem. ] Alexandrum, de quo id ipsum quod Tertullianus, & Athenæus refert libro duodecimo: Αλεξανδρος ὁς ἦ Ἀσίας ἐπιβουλήν ἀνεκείνους ἰσχυροὺς ἔκαλεσεν. Quod est, Alexander Asia devicta Persica vltus est stola. Iustinus expressit avertius libro duodecimo. Post hæc (ait) Alexander habitum regum Perlarum & diademata insolitum antea regibus Macedonibus, vetus in leges eorum quos vicerat, affumit.

triumphalem cataphractem. ] Cataphractæ seu cataphracta, omnis armatura, qua & milites & militares equi operiuntur. Proprie tamen: pectoris tegumentum, id est, thorax. Vegetius libri primi capite decimo. Ab Imperatore postulat primo cataphractas, deinde cassides deponere. Atqui hic quidem dicitur Alexander cum thoracem quo indutus de Mædis ac Persis triumphum egerat, commutasse illa veste quæ induti erant, de quibus capitis triumphabat.

in captiva Sarabara. ] Sic captivam vestem Virgilius dixit.

...cratereque auro solidi, captivaque vestis.

Sic captivum cruiorem Cornelius Tacitus, ubi de Druidis Annalium libro decimoquarto. Nam cruiore captivo adolere aras, & fibris hominum consulere deos fas habebant. Est autem Sarabara vestis fluxa, quæ Persarum primores induebantur. Quamquam sarabalam, non sarabaram dicit D. Hieronymus commentario in Daniele auctor est. Atqui eundem Danielis locum exprimens idem Tertullianus libro de anima, denuo sarabaram vocavit, & libro de Resurrectione sarabara, neutro genere plurali, Chaldaicam esse dictionem voluit, quam tamen Græci Bibliorum interpretes retinuerunt. Sic illi Danielis locum de quo diximus, capite tertio: ἡ δὲ σααβάρων ἀνὰ τὸν οὐρανὸν ἤμαρ. Sed & in ea voce variant exemplaria, quadam enim (quod Hieronymo placuisse notavimus) habent ἡ σααβάρων. Vestem fuisse non brachias (ut vulgo credunt) hæc Iustini indicant ubi de Alexandro, Postilla quæ retulimus: quæ ne invidiosius in se vno conspicerentur, amicos quoque longam vestem auream purpureamque sumere iubet, ut luxum quoque fœciti cultum imitaretur Persarum. Luxus, in auro & purpura, habitus, siue cultus, in sarabara, quæ longa vestis. Sed hæc talia Valerii Maximi apertius, ubi de ipso Alexandro, libri noni capite sexto: Tædio morum & cultus Macedonici, vestem & instituta Persica assumpsit.

pectus scammarum signaculis difculptum. ] Antequam thoraces ex are funderentur, aut ex ferro cuderentur, fuit moris ferreas laminas linteas aut pellibus affuere, quæ positione sua plumas & scammas referrent: quod cum ex Salustio notum est, tum ex hac cataphracti equi descriptione apud Virgilium.

...quem pellis habentis  
 In plumam scammas, auroque inserta tegebat.

& illa altera cataphracti militis apud eundem, qui  
 ... rutilum thoracem indutus, habentis  
 ... Horrebat scammis.

Inde scammosus thorax apud Prudentium in Hamartigenia, &

B

C

D

E

F

G

H

scammatum apud Dionem. Atque hoc est quod Tertullianus fingit, scammas pectori Alexandri insculptas siue inscriptas, ex Thoracis quotidiano usu ac pondere. Placet enim proprio significatu pectus hic accipi, non translatis pro thorace, quod contra vulgarem opinionem sequentibus probabimus.

textu pellucido tegendo nudavit. ] Sic interpretor tegendo pectus nudavit. Nemp cum texisset textu pellucido, id est, serica veste. cuius textura ita tenuis, ut per eam corporis vitia patenter aqne, ac si nudum corpus fuisset. Huius interpretationis habet assertorem Senecam libro de beneficiis septimo: Video sericas vestes, si vestes dicendæ sunt, in quibus nihil est quo defendi corpus aut denique pudor possit, quibus sumptis patum liquido mulier nudam se non esse iurabit. Hæc & alterum Senecam libro secundo controuersiarum: Infelices ancillarum greges laborant vt adultera tenui veste perspicua sit. Hæc Iustinum libro trigesimo octavo, ubi de Physicone Ptolemao eodem ipso quem Tertullianus paulo ante perstrinxit: Quam scditatem (obesi ventris scilicet) nimia subtilitas, & perlucida vestis augebat, profusa quasi astu inspicienda præberentur, quæ omni studio occultanda erant. Hæc denique Hieronymum libro aduersus Heluidium, Ingrediuntur expoliare libidinum victimæ & tenuitate vestium nudæ, impudicis oculis ingeruntur, Et in epistolis, hoc loco, Talia vestimenta parentur, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur. Item illo alio ubi de Marcella, Talibus vfa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret.

Vt mollius ventillante serico. ] Serica veste seu medica: nam olim & sericam vestem, medicam dictam esse scribit Procopius libro primo de bello Persico. Atqui longe alia causa mortis Alexandri: quas tu vide apud Plutarchum, Iustinum, Arrianum, apud quos eius rei diuersa sententia.

audio enim & in purpura philosophatum. ] Haud ambie tacito nomine persvingitur Aristippus, de cuius luxu tum in vestibus tum in comestationibus, plura ex Cicerone & Diogene Laertio colligis. Fæceta Cynici Diogenis ob eam rem obiurgatio, & ad obiurgationem responsio apud Horatium:

Si pranderet olus patienter regibus vt  
 Nollet Aristippus: si sciret regibus vti,  
 Non pranderet olus qui me notat.  
 Quid vero mirum luxui deditum eum, qui voluptatem finem vite ac summum bonum statueret?

Si philosophatus in purpura ] Sic lege, ac plenum sensum consequeris Si philosophatus in purpura, cur non & in baxea Tyria calcaret? baxea, pro baxapridem substituii Turnebus. Opportune, est enim calceus philosophicus, & ut ex Apuleio libro secundo de asino constat, plurimum ligneus. Atque inde est, quod hic significatur, Philosophum purpurea veste indutum, & purpureus calceus vti debuisse. Tyria baxea purpurea est, quoniam optima, quæ in Tyro purpura.

atqui alius & sericatus & crepidam æratus. ] Empedocles ille est, Agrigentinus Philosophus, quem serica veste, & calceis aratis vsuæ Helianus scribit libro duodecimo varia historia cap. 32.

Quod si iam tunc de dolio latraret. ] Dolio, pro domo, vsus Diogenes, ut Laertius in eius vita scribit: & notat Horatius his verbis:

...dolia nuda  
 Non ardent Cynici: si fregeris, altera fiet  
 Cras domus.

Idem quod in vitia libere inucheretur, canis ab ipso Platone dictus. Eo id spectat nostri, si de dolio latraret.

non canulentis pedibus ] Sensus est: Si Diogenes eo tempore vixisset, ibique locorum egisset, ubi agebat Empedocles, cum æratis, id est, aratis crepidis calcetatis incederet, non cuius modo, thorum canulentis pedibus insultando, commaculasset, ut Platonis olim commaculauerat, sed totum Empedoclem in cloacam detrusisset. Constat sensus ille perspicue si sic lege: non canulentis pedibus thorum (vt Platonis ferunt) sed totum Empedoclem, &c. De Empedocle vt thoros Platonis conculcauerit, Laertius. Sed & Diuus Hieronymus libro secundo aduers. Iovinianum: Et ipse Plato cum esset diues, & thoros eius lutatis pedibus Diogenes conculcauit.

in adyta Cloacinarum. ] Adyta secretiora loca templorum, & Cloacinae sacerdotes quæ Cloacinae Deæ seruiunt. Hanc Deam ridiculi causa sæpe Gentilibus obijciunt Christiani, fertur eis consecrata ades à Tito Tatiano, inuento in magna cloaca simulachro Deæ, cuius nomen ignorabatur. Auctor Lactantius libro de falsa religione primo, capite duodecimo.

Qui se cæcitem delirarat. ] Nota quæ de Empedocle historia, qui vt ab Horatio relatum est,

... Deus immortalis haberi  
 Dum cupit, ardentem feruidus Ætnam  
 Influit.---

Notauit Tatiannus oratione aduersus Græcos: Empedocles arrogantiam Ætnæ crateres in Sicilia coarguunt, quod cum homo esset, Deum se ab hominibus credi falso mouerunt.

Qui de natura & modestia transferunt. ] Qui vestibus utuntur à sexu suo, vel à dignitate & professione alienis. A sexu (& hæc natura) vt Achilles, Hercules, Cleomachus, Physicon, Sardanapalus, Nero, Vitellius. A dignitate (& hæc modestia) vt Alexander, Aristippus, Empedocles.

& acie figere, & digito destinare, & nutu tradere. ] Digni qui derideantur: hæc enim proverbialiter usurpata ad rem eandem significandum, acie figere, quod est, intentis oculis spectare;



A

digito designare, siue demonstrare, & nutu tradere, aut forte nutu traducere.

si quis manadrico fluxu. ] Feliciter coniecit Pamelius pro: manadrico, legendum, maandrico. Sed ego pro: fluxu, reponi velim, flexu, ut significetur vestis Maandri fluminis flexuosa modo. Vix apud Autores maandri facta mentio, quin & flexus fuerit. Maander Solino vndis flexuosus, Plinio flexibus sinuosus. Denique quasi synonyma hac coniunguntur, maandri & flexiones. Cicero in Pisonem: Quos tu maandros, que diuertula flexioneque, Prudentius.

„Qui mille per maendros.

Fraudesque flexuosas.

Quid plura: maandrum genus pictura apud Festum, dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur maandrus.

censores intentiones peticinio disperso. ] Remissa censorum severitate. Emociones supercilium, & supercilium pro severitate usurpatum. In summa quod hic censoria intentionis supercilium, patioribus verbis censorum supercilium Seneca, & Valerius Maximus, censorium sylum, Cicero, censoriam virgulam, Fabius Quintilianus dixit.

Quantum denotatui passivitas offert ] Ut supra passivitas idem est quod passim & promiscuus, sic passivitas hoc loco idem quod promiscuus usus. Id autem significatur, remissa censorum severitate, aut si maus, immunita censorum autoritate, communem usum vestium factum esse, ut multa in iis reprehendi possent. Unde tamen ne contra voluerit Autor, indulgentia censorum communibus factis que propria esse debebant, reprehensioni locum sublatum esse. Hunc sensum conferre si pro: offert, legas, auferet.

libertinos in equestribus. ] Hoc & que proxime sequuntur ex historia Iuris Romani. Libertini olim ab honoribus & magistratibus submoti: & submoti quidem primam lege Censoria, tum lege Visellia, cuius hac summa, Actione criminali teneri eos libertinos, qui, que ingeniorum essent, circa honores & dignitates attentare auderent. Cuius legis mentio facta cum lege unica C. ad leg. Viselliam, tum l. 1. C. quando civilis actio criminali præiudicat. Late est imperante Claudio, Cethego & Varrone Visellio confulibus, anno ab urbe condita septingentesimo septuagesimo sexto, ut verosimile sit ad eam spectare, quod Suetonius in vita Claudii scribit, libertinos qui se pro equitibus Romanis agerent, eam publicasse. Sed legi adiectum temperamentum, nisi aut natalibus restituti, aut ius aureorum annulorum consequuti essent. Vtrumque beneficium à principibus collatum, nec passim tamen nec temere: probatur ex eo quod idem Suetonius de Vuellio scribit: Primo Imperii die aureis donavit annulis (Asiaticum scilicet libertum) super cænam, cum mane regantibus pro eo cunctis, detestatus esset feuerillime talem equestris ordinis maculam. Atque hinc illa populi indignatio aduersus Menam Pompeii libertum inter equites sedentem, que ab Horatio expressa est Ode quarta libri Epodan.

„Sectus flagellis hic trinum iralibus,

„Præconis ad fastidium:

„Arat Falerni mille fundi iugeta,

„Et Appiam mannis terit,

„Sedilibusque, magnus imprimis eques,

Othone contempto ledet.

Ex hoc postremo, Othone contempto, coniecturam duco tale aliquid lege Roscia, quod lege Visellia, confirmatum, ne libertini ad equestrum ordinem aliumve honorem promoveri possent. Sed hoc suo tempore vulgare fuisse Tertullianus notat, ut promouerentur, ac ditioribus suo etiam (tempore) concessum Arnobius testatur. Quamquam post Tertulliani aetatem, nec ita multo post, rediit lex Visellia, vel potius antiqua illa Senforia. Sic enim de Alexandro Severo Lampridius: Libertinos numquam in equestrem locum redegit, asserens, seminarium senatorum equestrum locum esse. Nouissime, & quidem sub Iustiniano Imperatore, passivitas illa, de qua Tertullianus queritur, aucta est, cum nullo beneficio principis indigere libertinos voluerit, quo magis ad honores eueherentur. Exstat eius, que ad hanc rem facit, constitutio inter Nouellas, ordine octuagesima octaua.

Subuerbustus in liberalibus. ] Subuerbustus veribus vstus Festo, id est, vrgatus, stigmaticus, vs Cicero, stigmaticus, ut Plinius loquutus est. Res sic habet. Fuit in more positum apud veteres ut fugitiuus seruos inustus cicatricibus notarent, qui vibus cognosci possent, quod significatur l. 1. ff. de fugitiuis. & ea maxime parte corporis notarent, que conspicua esset omnibus nempe in fronte. Martialis libro octauo.

„Proserpium famulus seruauit fronte notatus.

Ac de iis seruis ita constitutum lege Ælia Sentia, si quando manumissi essent, iustam libertatem non consequi, sed dedititorum numero ac iure conferri. Patet id ex Vlpiano libro primo regulatum: Dedititii sunt (scilicet) qui causa pœnæ vincti sunt à Domino, quibus tunc stigma taciunt. Sed aperti ex Theophilo Instit. de libertinis, vbi de iis qui iustam libertatem ex manumissione non consequuntur: oio iedv dç π πλάσσει λάβη σύμφυτα κρητὴ τῶ ματῶς, vt si quis ob delictum notis compunctus fuerit. Hoc ius mutatum Tertullianus notat, cum subuerbustus in liberalibus haberi scribit. Et quidem à Constantino prohibitum, ne quis fronte notaretur, ne ad celestis imaginis formam figurata hominis facies macularetur. leg. si quis. C. de pœnis. Aliis partibus corporis notas inuiri, etiam citra delictum probatum: fabricensibus in brachiis, leg. 3. C. de fabricensibus. libro 11. aqueductum custodiibus in manibus, l. decernimus. 10. C. de aqueductibus. libro 11. tyronibus qui ad militiam delibabantur, aque in manibus, quod de iis Vegetius scribit libro secundo. Sed ii ad hunc locum, in quo versamur, non pertinent,

B

E

quem de seruis fugitiuis, aut alia ex causa ferro iniustus accipiendum diximus.

dedititios in ingenuis ] Tres hominum differentie iure civili Romanorum prodita sunt, vt vel ingenui, vel serui, vel inter utroqueque mediū libertini dicantur, qui cum serui essent, manumissi sunt. l. & seruorum. s. ff. de statu hominum. Libertinorum rursus dua species, vt sint qui iustam libertatem consequuntur, & qui manumissi vinculo quodam seruitutis attinguntur, vt Cornelius Tacitus loquutus est libro decimotertio. Horum denique alii qui iure colorum Latinorum censentur, ex lege Iunia Norbona, & ij Latini: alij qui hostibus, qui se deditissent, aquarentur, ex lege Ælia Sentia, & ij Dedititii appellati. Ex hoc numero subuerbusti, de quibus proxime dictum est, item qui à domino pœna causa vincti, qui propter noxam torti & nocentes inuenti sunt, qui in custodia coniecti, qui traditi, vt seruo, vel cum bestiis pugnarent, deinde quodammodo manumissi sunt. Omnes illos non dignos iustam libertatem, ex qua ciuitatem consequerentur veteres existimauerunt, vt nec testamenti quidem factionem illis concederent. Hoc ita mutatum Tertullianus annuit, vt non modo iustam libertatem consequantur, cuiusque fiant, sed ingeniorum etiam priuilegiis omnibus gaudeant. Certe iam olim dedititiorum nomen obsoleuisse Iustinianus tradidit Instit. de ingenuis, & ne in posterum vlla huiusmodi libertatis mentio fieret, cauit. l. unica C. de dedititiis liber. rol.

rupices in vrbanis. ] Rupices dicit rusticos, quod ex iis, qui ruri agunt omnium sint rusticissimi: qui in rupibus habitant, montanum vulgus Iuuenalis Sat. 2.

„—populus modo victor, & illud

„Montanum possis audire vulgus aratis.

Romana ciuitas diuisa in tribus vrbanas & rusticas ac rusticâ laudatissima, eorum qui rura haberent & colerent, vrbana mines probate, in quas transfert, ignominia esset desidia probro. Id iam fieri vt rustici vrbanoorum delicias consecrarentur notat Tertullianus, quod & ante Horatius.

„Indoctus quid enim saperet, liberque laborum

„Rusticus vrbano confusus.

Et Iuuenalis Satyra tertia, „Rusticus ille tuus fumit rucidinna Quirine, „Et cœromatico fert niceteria collo, „Scurtas in forensibus. ] Scurrilitatem (qua dixat est in reprehendendo libertas) ab Oratore alienam esse Tabius libro sexto Institutionum, & M. Tullius libro secundo de Oratore scribunt, Hac amplius Horatius: etiam ab amico: id enim annuit his verbis.

„—metues, Liberrime Lolli,

„Scurrantis speciem præbere, professus amicū.

Ita familiarem factam esse Tertullianus notat, vt nec in foro quidem, ab iis, qui serias causas agerent, prætermitteretur.

pagani in militaribus. ] Et hæc apud Romanos ciuium differentia, vt alii pagani, alii milites essent, quorum longe diuersa iura. Pagani in genere dicti qui milites non essent. Eam differentiam non Iureconsulti tantum seruauerunt, quod constat ex l. tractabatur. 14. ff. de milit. test. & aliis plerisque locis, & Autores ceteri. Sic accipiendum quod Iuuenalis scribit Satyra postrema, quod ad eam pertinet:

„—Falsum citius producere testem

„Contra pagauum possis, quam vera loquentem

„Contra fortunam armati.

Si quod Vegetius libri secundi capite vigesimotertio. Si doctrina cesserat morum, nihil paganus distat à milite. Iam ita confusus esse species illas ciuium notat Author hic noster, vt non distent milites à paganis. An eo perstringitur Antoninus Philosophus, que Capitolinus scribit milites togatos esse iussisse. ita vt sub eo nunquam sagati fuerint: vcl, pillo, leno, lanista. ] Senior etiam in reprehendo Iuuenalis Satyra tertia, qua non tantum vestium usum promiscuum, sed omnium ordinum perturbationem in magistratibus obediendis notat. Sic n. de quatuordecim ordinibus qui solis equitibus, lege Roscia in theatro vacabunt.

„—Sedeant hic

„Lenonum pueci quocumque in fornice nati,

„Hic plaudat nitidi præconis filius, inter

„Primpili cultos iuuenes, iuuenesque lanistæ.

Habes spectare. ] Etiam honesta mulieres à propudiosis olim habitu distincta, vt iniuria lenior aut nulla potius facta diceretur si qua meretricia veste induta meretrix appellata esset, vt ab Vlpiano, editum Prætoris de iniuriis explicante, traditum est in litem apud. 15. §. si quis virgines. ff. de iniuriis. Matronarum vestis stola, meretricum toga Atqui eo pertinet quod hic dicitur à Cecinna Severo impressum Senatur: Matrona in publico sine stola. Quod ex Lentuli Augusti oratione in Senatu habita sic explicatur, vt pro stupro pœna esset, hoc est, eodem dedecore illa notaretur mulier, qua sine stola in publicum processisset, ac si stuprum admisset. Cecinna Seueri meminit Cornelius Tacitus libro tertio, quo loco id ipsum notat, multa eum contra luxum mulierem retulisse ad Senatum, cum id suaderet, ferendum non esse, vt maritus in exercitum, aut in provinciam comitarentur.

„ sine stola. ] Stola (inquam) propria matronarum: quod Ouidius de Arte sua scribens annuit libro tertio de Ponto,

„Scripsimus hæc illis, quarum nec virta ligatos

„Adstringit crines, nec stola longa pedes.

Unde stola contempit Martialis, qui mulieres pudicas spernit, & stolatulus pudor, macronalis.

Lentuli Augusti consulis. ] Gneus Lentulus augur, cum Publio Lentulo primum iterum cum Marco Craffo consul fuit Augusti tempore. Eum initio pauperem, tum Augusti liberalitatem diuite sa

F

G

H



A

Am Seneca: mox metu ad fastidium vite adactum per Tiberium, Suetonius scribit. Eius consulti, quod de matronarum habitu sub eo factum est, neiter meminit.

Quæ ita se exautorasset. Sui oblita esset, ut sine stola in publicum procederet.

pro stupro erat pœna. An ea qua lege Iulia de adulteriis constituta: an vetus illa ut togam induere cogeretur? Priusquam morem notavit Iuuenalis Satyra secunda.

- „Damnetur, si vis, etiam Calphurnia, talem
- „Non sumet damnata togam.

Martialis liquido expressit:

- „Coccina famosæ donas, & ianchna mœchæ,
- „Vis dare quæ meruit muneta, mitte togam.

Et alio loco etiam apertius,

- „Thelin viderat in toga spadonem,
- „Damnatam Numa dixit esse mœcham.

Sic apud Horatium matronis Togatæ mulieres opponuntur, id est, meretices.

„Quid inter

„Est in matrona ancilla peccetue togata. indices custodisque dignitatis habitus. Vulgatus est versus Homeri de vestibus.

„Εκ δ' τοι τῶτων φάτις ἀδ' ἄποισ ἀναβαίης

„Εὐδ' ἄλ' quæ Latine dicas,

„Quippe s' irgit bona fama decusque vt leuciniū faciendū impedimenta. ] Eo spectat, istud Horatii de habitu meretricum.

„Pone videre est

„Vt nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi.

Quo planius adeantur. ] Matrona olim in publico nunquam sine comitatu, in lecticis etiam & sellis domesticis habita, quod hic ait Tertullianus, ne à quoquam facile appellari possent: quod totum vs versus, idem Horatius exprimit, qui hoc valde faciunt.

„Matronæ præter faciunt nil cernere possis,

„Cætera (ni Catia est) demissa veste regentis.

„Si interdicta petes, vallo circumdata (nam te

„Hoc facit insanum) multæ tibi officient res,

„Custodes, lectica, cinifiones, parasitæ,

„Ad talos stola demissa, & circumdata palla.

Iam quod faciendū lenocinio illa obessent, in desuetudinem abiisse notatur, & à matronis eierata esse, quo facilius conueniri possent.

sed alius extinguit sua lumina. ] Hoc est, alius iis indumentis ablinet que illum decent, vt matrona de quibus proxime: aliis vbi sunt que ab instituto abhorrent, vt meretricibus de quibus postea.

apice lupas. ] meretrices publicas, à quibus & lupanaria dicta, videbis matronas, hoc est, habitu matronarum insignitas Lecticis enim vsus Diolectiani constitutio indicat que est apud Suetonium, qua vsu lecticarum iis interdicitur.

ipfas quoque frimices. ] Qua propudiosam venerem exercent, quam pauculis perstrinxit Martialus.

„Hic vbi vir non sit vt fit adulterium.

& cum latinarum antistes. ] Quæ Cloacina Dea sacris præest. Cloaca etiam latrina dicta. Vtriusque nominis eadem ratio. Cloaca à coluendo. latrina quæ lauatur à lauando.

impuro crui. ] Nam calcei crure tenus alii apud veteres, quod cum ex Festo alii probauerint, tum ex hoc Horatii facile colligas.

„Insanus medium impediit crus

„Pellibus.

Et illo Iuuenalis,

„-- crurisque sinistra

„Dimidium regmen.

purum aut mulleolum inducit calceum ] De mullis calceis omnes ex Festo: neque tamen quod ad eorum interpretationem sufficiat vt mihi videtur. De puris ne verbum quidem quiquam, Purusne calceus dicitur vt pura vestis & pura tunica? Puram vessem pro candida dixisse veteres certissimum est. Nam Plutarchus quos idem vsus vocat in Catone dixit, εἰς δὲ λευκῆς, in Pœpico vocauit. Et Seruius Virgilii interpres hoc eius hemistichion quod exstat Æneidos duodecimo,

„Puraque in veste sacerdos,

de alba veste accipit. An igitur puros calceos pro candidis Tertullianus dixit: Credo equidē. Albi calcei vsos veteres Martialis indicat,

„Sordior cœno cum sit toga, calceus autem

„Candidior prima fit tibi Cinna niue

Indicat & Apuleius libro septimo Metamorphosæ, Calceus fœminis, albis illis & tenuibus, indutus. Denique albos à mullis colore tantum differre probat id Vopisci in Aureliano: Calceos mulleos, & albos, & cereos, & ederaçinos viris omnibus abstulit. Manifeste conuincit Plinius libri noni capite decimo septimo vbi de mullis piscibus nomen iis (inquit) a colore mulleorum calceamentorum datum Feneftella scribit. Quis ille color fuerit, dubitari solet, & cum piscibus eiusdem nominis tribuantur temperatum pallore ruborem, quid non & nos calceis eandem fuisse credemus? Consulendus ea de re præter Plinium, Seneca, Naturalium quæstionum libri tertij capite decimo octauo.

cur istas non spectas. ] Latrinarum antiq̄itates.

vel illos etiam. ] Cæteros Deorum Sacrificulos, qui diuersitate vestium & colorum nouam speciem cultus & religionis inducunt.

cum ob cultum omnia candidatum. ] Refertur ad eos de quibus proxime, qui Cereri inicianur, neque enim vllus, nisi inicianis, adesse Cereris sacris licuit, quod Linius refertur libro trigesimo primo. Et in

ijs, cum vestes sacerdotum, tum vitta candida. Ouidius libro sexto Metamorphosæ.

„Cererisque sacerdos

„Alphitus, albeni velatus tempora vitta.

Imo candidas vestes habebant quicumque sacris aderant, idque est quod ait Tertullianus, cultum omnia candidatum. Docet idem Ouidius libro Fastorum quarto:

„Alba decent Cererem, vestes cerealibus albas

„Sumite, nunc pulli velleris vsus abest.

ob notam vittæ. ] Cereris vitta in proverbium abiit. Iuuenalis Satyra sexta.

„Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ. ] Neque tamen solius Cereris propria, communes fere sacrificulorum omnium: sed & matronarum quasi pudicitis indicium & argumentum præstarent. Ouidius.

„Este procul vittæ tenues, insigne pudoris.

Tibullus,

„Sit modo casta caue, quamuis non vitta ligatos

Impediat crines, nec stola longa pedes.

& privilegio galeri. ] Atqui soli flammī Diali galerum album gestare concessum asserunt, & hic de iis qui sacris Cereris inicianur. Vide ergo galericuli legendum sit, quæ species muliebri capillitij calendro non multum dissimilis.

Cereris inicianur. ] De sacris nocturnis mulierum à Cicerone libris de Legibus conficta lex: Vt tollerentur omnia, exceptis iis quibus Cereris inicianur Græco sacro. Multa in iis sacris arcana, quæ à Diuo Augustino percurruntur libris de ciuitate Dei, & ab Eusebio libro primo de præparatione euangelica. Inter cætera hoc vulgatum, ne à mortentibus sacra peragerentur, quare in publico luçtu ciuitatis sape omiffa, quod Linius docet libro trigesimo secundo.

cum ob diuersam affectionem. ] Non nisi à latis sacra Cereri fiebant, ideo candidæ vestes in iis vsurpatæ: contra in sacris Bellona pulchra (tenebricæ & tetricæ Tertullianus appellat) quod non nisi à mortentibus fierent (quæ hic diuersa affectio dicitur ab ea scilicet quæ erat sacerdotum cereris) & seceretior etiam ritu. Sed huius tamen partem aliquam Laetantius pertractat libro primo de falsa religione, vbi Bellona sacerdotibus suo sanguine sacrificare, & se his humeris, utraq; manu exertis gladiis currere, in Janire, esse feri scribit. Veteri glossario, Bellonarij θεοφορῶντες, quasi dicas fanatici. Entbeam turbam Martialis dixit, & illum quem ex Laetantio notauimus insanieandi morem, expressit libro vndecimo iis versus.

„Alba nimis sæuis lacerantur brachia cultris,

„Cum furit ad Phrygios Enthæa turba modos.

De iisdem accipiendum istud Seneca libro de vita beata: Cum aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia & humeros suspensa manu cruentat.

cum latioris purpuræ ambitio. ] Saturnus & à Romanis, & à Carthaginensibus cultus, quodque Laetantius refert humanis bestis placatus. At de colore vestium sacrificulorum eius nihil nisi ex hoc loco constat.

cum ipsum hoc pallium. ] Iam id notatum est supra, habitum sacerdotum qui Æsculapio sacra faciebant Carthagini (quippe id eius vrbis proprium & peculiare nomen fuit) pallium fuisse. Et hoc amplius adijcitur, crepidas Græcitas (id enim magis placet, quam quod alii substituerunt, creatas) id est, Græcas, quo magis totus amictus Græcus esset, in Græco sacro. Græcorum hic vestitus pallium & crepida. Vel vnus Cornelii Taciti locus comprobatur libro secundo Annalium, vbi quod de Germanico scribitur, pari cum Græcis amictu Scripitionis more incessisse, sic accipi solet crepidatum & palliatum incessisse, quando id de Scipione à Livio & Valerio traditum sit.

Græcatim. ] id est, more Græco, quæ vox etiam ante vsurpata est. Sic Græcari Horatio in Græcorum more intemperantius bibere.

in affectatæ superstitionis. ] Vt Gentilium superstitioni opponatur, qui habitu religionem mentiebantur. Arnobius libro tertio aduersus gentes, Maxime cum vos ipsi, & non omnes omnia posse desoprasitare & dissimilibus ritibus singulorum animos referatis, offensioneque placari Etenim si hic atram, ille albam desideret pellem, &c.

Enimvero cum hanc. ] Obscurus hoc loco Tertullianus, id vult certo, Non commoueri Gentiles suorum sacrificulorum diuerso habitu, cum forma tum colore distincto, quo religionem mentiebantur, & arcana sua significabant, statim atque Christiani pallio induti sunt, quo nihil ad religionem, suam pertinetis norabant, sed simplici tantum cultu superstitionibus renunciabant, oculos omnium in eos conuersos, tunc certissime. ] Ex quo Christiani pallio induti sunt, bonos huic habitui accessit, supra omnes habitus, & vestes Gentilium.

& peplos. ] Peplus proprie Cereris, quod ex hoc Virgilii constat Æneidos primo.

„Cribibus Iliades passis peplum que ferebant.

receptum tamen, vt vestem significet, quæ sacerdotes vterentur.

super omnes apices. ] Apex insigne sacerdotum vt Festus tradit.

Pileus fuit sutiles, quo flammes caput operiebant, ab apiendo, id est, ligando dictus Glossario veteri, τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πύλον, Insigne super pileum. Solis flammibus eius vsus concessus. Augustinus libro secundo de ciuitate Dei capite decimo quinto: Quod sacerdotii flammes adeo in Romanis sacris testante apice excelluit, vt tres tantum flammes haberent. Lucanus libro primo.

„Et tollens apicem generoso vertice flamen.

Quid plura? Lex fuit flaminica, quam refert Gellius libri decimi capite decimo quarto: Flammī fine apice sub diuo esse nefas esto.

B

C

D

E

F

G

H



A

& titulos.] Proximi verbi vicinia vitium in hoc factum arguit, titulos. non, titulos, legendum, pridem notauimus in Breuibus criticis. Et apices, ita tueli quibus sacerdotis caput operiebant, qui & inde tutelati apud Varro. Lanæ pileus flaminum, Fulgentius, capitis & capillorum ornatum flaminicorum, Festus interpretatur facer suggestus. ] Et super omnes excuuis & peplas augusta vestis, ita super omnes apices & titulos, facer suggestus, pallium dicitur. Et suggestus quidem, quod in corpore operiendum est, id est, capitis operimentum. Sic suggestus coma Statius dixit. At quid commune pallio cum apicibus & tutulis? Aperto capite fuerunt veteres, nisi cum aut valetudo aut aer molestus esset imbribus aut sole, acrum caput quidem toga vel pallio operiebant. Seneca in epistolis ubi de Mecenate: In publico sic apparuit, vt pallio velaretur caput exclusis vtrique auribus.

ita à toga ad pallium.] Prouerbialiter dictum, & prouerbij ratio ceteris exposita ego super se deo.

an aliter mutauit Anacharsis.] Quam à diademate ac sceptro ad pallium: Is regnum, aut certe regni Scythia administrationem reliquit, vt liberius philosopharet. Vixit Solonis temporibus, apud quem & in admiratione fuit, quod Ælian. tradit libro quinto variæ histore. Vtriusque congressum, & elegantem de legum ciuiliū potestate con certationem, vide apud Plut archum in Solone.

multa in melius transgressus.] In melius transgressi, habet antiquus codex: & hoc est, nullane sunt indicia sine argumenta transgressi in melius, vt usurpato pallio, & relicta togæ?

prius, enim ad simplicem.] Primum argumentum factæ mutationis in melius, tela simplex pallii. Tela appellatione textura significatur, non materia, id est, quod contextum vulgo vocant, vt est in l. vestimentum. 22. ff. de auro & arg. leg.

adeo nec artificie opus est.] Ad huius loci explanationem facit maxime. quod Macrobius libro tertio Saturnalium capite decimotertio de Hortensij oratoris luxu in vestimentis tradit, in hac verba: Togam corpori sic applicabat, vt rugas non forte, sed industria locatas artifex nodus astringeret, & finus ex composito defluens, modum lateris ambiret. Quod apud Macrobius nodus, id apud hunc nostrum est umbo. Scilicet, umbone, id est, nodo ad summum humerum contringi toga solebant, & quia pars ea curiosius tractabatur, inualuit vt umbo pro tota veste sine toga usurparetur. Persius:

„ — totaque impune subburra

„ Permissit sparsisse oculos iam candidus umbo.

Prudentius in corona Hippolyti martyris:

„ Confundit plebeia phylax ymbonibus æquis

„ Discrimen procerum.

Sed & hunc locum quem tangimus, ex ijs Apuleij libro vndecimo, quibus pallam describit ( ea sunt muliebris vestis) illustratum vide: Circum circa remeans, & sub dextrum latus ad humerum læuū recurrent, ymbonis vicem, delecta parte læcinia, multiplici con tabulatione dependula. Quem locum & nos supra expressimus, ubi de con tabulata congregatione.

& inde deducat in tiliis.] Author Plinius libro decimo sexto, capite quartodecimo, inter corticem & lignum tilia arboris, tenuis tunica reperiri, ex quibus fiant vincula, que & ipsa tilia vocentur: vt quod hic dicitur, vestem deducit in tiliis, sit ab ymbone quasi in lora & fascias abire.

Custodibus forcipibus assigner.] Quintilianus libri vndecimi capite tertio ubi de habitu oratorum, l'iplam togam rotundam esse & apte castam velim: aliter enim multis modis fiet enormis: hic scilicet vsus forcipum.

Exclusa dextera in læuam.] Habitus ille toga, & ex ijs que ex Apuleio supra notauimus constat, & ex Quintiliano eodem, quod supra etiam expressimus, capite: Sinus qui sub humero dextro in sinistram oblique ducitur velut baltheus, nec strangulet nec fluat.

quid statim à limine properes.] Exuere scilicet. Nam toga tunica vel tunicis potius superducebatur, nec domi induebatur, sed cum foras prodendum esset in publicum.

proprium togæ tormentum.] Quia tibatim, vt Titinnius apud Festum loquitur, induebantur, id est, ad cruris vsque medium producebantur.

immundissimam pedum tutelam.] Corium enim, ex quo calcei constabant, pedibus habebat, cum necdum caligari vsus inualuisset. Quam in calceo vngui pedem.] An ex vincto corio vt emolleceret, an ex vinctis pedibus? Nam & pedes vngi solitos Athenæus libro duodecimo comprobat, idque ad mollitiem transfert.

magnum in celsum munimentum.] Sic apud Luuenalem Satyra nona.

„ — pingues aliquando lucernas

„ Munimenta togæ.

Sed hic dictum ἰσχυρῶς, cum impedimento sint potius. At vnde id epithetum, effeminati perones? Rusticorum illa calceamenta ex crudo corio sine arte vlla, quibus ad niuem & pluuiam prohibendam utebantur. Eo tandem processit mollities, vt in urbe vsus esse ceperint exculti, affabre confusi, ornati etiam gemmis, auroque prætexti & suppositi.

duplex quod Cratetis more.] Recte Latinius duplex quoque Cratetis more. Quis, cuiusque secta, Crates ille fuerit, Apuleius docet Apologético primo.

nulli cippo.] Id est, negligitur, incurioso habetur. Cippus, veteri glossario, λίθινος ὑψηλός: ποδοκίχην quod est, lapidum aceruus, truncus, compedes. Sic lapidum, siue ex ligno pondus, quo vestes comprimuntur. Seneca libro de Tranquillitate: Non ex arcula prolata vestis, non

B

C

D

ponderibus, non mille tormentis splendere cogentibus expressa sed domestica & vilis, ne seruanda nec sumenda sollicita.

si quid interulæ superest.] Obserua Christianorum simplicem habitum: Præter pallium, tunica tunica, eaque interula & distincta. Interula, que intus haberetur, qua caro tangeretur, ἰσχυρῶς ἁπλοῦς Athenæo. Facit hic quod de Nepotiano Christiano factum in epistolis Hieronymus refert. Excepta vill tunica & operimento patii, quod tecto tantum corpore frigus excluderet, nil sibi amplius referuauit. aut pedes nudi magis.] Nempæ calceatus Christianorum qui & Græcorum, crepida aut solea, quibus iam tantum calces ceu plantæ tegeantur. Sic interpretor quod de Germanico scribit Tacitus, iacessisse illum pedibus in telis: sic quod Dio de Caligula, ὑποπόδιον βελόωνος, id est, discalceatis volentibus, permisisse ludos spectare. Sic (inquam) interpretor, non vt nudis pedibus essent, sed vt solati tantum & crepidati.

iam vero de negotio prouocat.] Alterum argumentum factæ mutationis in melius, quod qui pallio induuntur liberi sint à negotiorum ciuiliū administratione.

Ego nihil foro debeo.] Forum præter locum in quo res vendales exhibentur, cuiusmodi boarium, suarium, piscarium, olitorium, cupedinarium, Roma fuisse ex eius typographia constat, & cum significat in quo iudicia exercentur, qualia tria fuisse cum ex historia manifestum, tum ex hoc martialis disticho lib. ii.

„ Causas (inquis) agam Cicerone disertius ipso,

„ Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

nihil campo.] Campus Martius Roma celebris, & comitiorum, qua in eo habebantur, frequentia, & ludorum exhibitione, & athletarum ac palæstritarum exercitacione.

nihil curia.] Curia Senatū significat: & Senatus vel maior, vt qui Roma, & Constanti nopolis fuit. (sic enim vocatur in l. fin. C. de decurionibus, lib. 10.) vel minor, vt qui in aliis ciuitatibus qua ius consilij habebant, vnde curiales & decuriones dicti.

nihil officio aduigilo.] Magis placet, nulli officio, vt postea, nulla prætoria obseruo, nulla rostra præoccupo: qua omnia eo spectant, vt secularium negotiorum cura & administratione abstinentisse palliatos probetur. Ideo recte, nulli officio, quod diuersa essent genera officiorum. Præstabantur magistratibus in comitatu, amicis in patrocinio, ceteris in consilio, salutatione, & aliis id genus.

nulla rostra præoccupo.] Ad conciliandum populi fauorem, qua pro rostris conciones haberi solite.

nulla prætoria obseruo.] Hæc fere synonyma sunt, prætoria obseruare, cancellos adorare, subsellia contondere, iura conturbare, causas elatrare. Omnia eorum sunt quos forum occupat in causis agendis. Sic fere M. Tullius libro secundo de Oratore, quod ante dixerat, à iudicis causisque discedere, dixit, à subselliis se in orium conferte.

causas non elatro.] De patronis, qui in foro causas agunt, propter violentiam & contentionem qua nituntur, dicitur elatrare: atque adeo illorum eloquentia canina. Sallustius, Neque ego caninam faciendam, neque ingenium ad malè faciendum exercui. Vtrumque coniunxit Prudentius:

Inde canina foro latrat facundia toto.

imitatus hunc Ouidii versum in Ibin;

Latrat & in toto verba canina foro.

non iudicio.] Et id ad fori concursum pertinet, quippe privati etiam iudicabant, à magistratibus scilicet in hoc dati, vt indicarent. Iuris dictionis enim ea pars sine potestate est, iudicem dare, l. imperium 3. §. fin. ff. de iurisdictione.

non milito.] Extra forum concursus in castris, & militia, & ab ijs abstinere quoque palliatos dicitur.

non regno.] Regnare maiores magistratus existimantur, qui in locum regum suffecti sunt, vt consules, & qui prouincias regunt.

unicum mihi negotium est.] Simile quod Epicurei dicebant, sic viuendum sapienti, vt viuere ipsum ceteri nesciant.

vita meliore.] M. Tullius oratione pro Muræna: Fortunatos eos iudicarem, qui remoti à studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ sequuti sunt. Huius vitæ encomium longe pulcherrimum vide apud Horatium ode secunda Epodi, & Chionem in Apologética epistola ad Clearchum, quam Græce & Latine nunc nuper edidit vir eruditissimus, Federicus Morellus, Græce eloquentia professor Regiū.

sed ignaua infamique.] Obiectio est, ad quam statim respondetur. Est autem fere illa qua apud Platonem vulgaris, partem nostri patriam, partem parentes, partem etiam amicos sibi vindicare.

erat olim ista sententia.] Horum verborum manifestus est sensus, fuisse olim eam sententiam que præcessit, scilicet neminem sibi esse natum, fuisse olim, iam à Socratis & Platonis ætate, vti diximus. Sed malum ita legere, errat olim illa sententia, qua phrasis Seneca familiaris, vt non bene sensisse veteres arguat, quod & statim probat.

nemo alii nascitur mortuus sibi.] Non id ex ethnici alicuius Philo sophi, sed Christiani potius sententia est accipiendum, prolatum scilicet à Christiano ethnicos reprehendente, quatenus quisque post mortem antea vitæ rationem sit redditurus. Vsurpatum tamen à veteri nescio quo Poeta, cuius octaſtichi poematibus Virgili assus postremus versus est.

„ Vni viue tibi, nam moriere tibi.

Certe cum ad Epicuros & Zenonas.] Epicuri & Zenonis, quorum quilibet propria secta Author fuit, opinio hæc apud Ciceronem pluribus exagitata libro primo de Finibus, vitam beatam esse, qua ab omni ambitione remota careret affectionibus & perturbationibus atq; ad otium duceret. Mirū vt in ea re consenserint quorū in ceteris

E

F

G

H



A

fere omnibus nota diffensio. Soluit dubium, & rem totam exprimit Seneca libro de vita beata: Dux maxima in hac re diffident sectæ, Epicureorum & Stoicorum: sed utraq; ad otium diuersa via mittit. Epicurus ait, Non accedet rem publicam sapiens, nisi si quid interuenierit: Z non ait, Accedet ad Rem publicam sapiens, nisi si quid impedierit. Alter otium ex proposito petit, alter ex causa.

tamen prome modum mihi. ] Etiam priuato, & in secessu agenti.

solco de qualibet imagine & ara. ] Quod de ara est subiectum, fecit ut promargine, quidam legerent imagine. Verum quo spectabit sensus ille medicinas dicere de qualibet imagine? Vitium esse arbitror in verbo ara, & pro eo legi velim area hoc sensu. Soleo medicinam dicere de quolibet loco, & publico & priuato. Area patens locus, margo extrematis loci. Sic accipitur area apud Horatium ode nona libri primi Carminum.

„---Nunc & campus & area.

„Leueque sub noctem iusturri.

Quid si utramque illam uocem retineamus margine & ara, atque aram interpretentur excelsum & eminentem locum? marginem demissum? significatum hunc ara expediunt nobis Authores. Hic semper constabit sensus quem proposuimus, Soleo medicinam dicere de omni loco.

plus togæ læserunt republicam. ] Plus mali à togatis collatum, quam armatis. Nasca fuit in Senatu, quo delenda Cartagine agebatur, sententia, ideo relinquendam esse, ne bellorum sublata occasione, otio dedita ciuitas in vitium laberetur, & partium ambitione consumeretur. Facit huc, quod Iuuenalis perstringit Satyra sexta.

„Nunc patimur longæ pacis mala, seuior armis

„Luxuria incubitur, victumque vlciscitur orbem.

nullis vitis adolor. ] Legendum puro gratulor, cum post sequatur, nulli impetigini adolor, nec vero simile sit idem verbum toties repetitum.

adigo cauterem. ] Perstat in ea metaphora, quam presumpsit de medicina moribus dicenda

qua M. Tullius. ] Ex Plinij libri decimiertij capite decimoquinto petenda historia, de M. Tullio & Asinio Galli ambitione in usu mensurarum preciosorum, quales erant citrea, que ex intima Mauritania Romani aduehebantur incredibili sumptu. Et quidem orbes dicebantur mensa rotunda. Martialis libro nono.

„Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.  
Mauriorbes pro citreis dicti, quippe Author idem libro duodecimo dixit.

—Maurusiaci pondera rara citri.

Sed & mensarum orbes conuincim Seneca in consolatione ad Albinam, magni leuatiq; mensarum orbes terrena sunt pondera. Quod vero ad historiam pertinet que hic tangitur, longe magna est differentia inter ea que à Plinio, & que à Tertulliano scribuntur de pretio, quo M. Tullius, & Asinius Gallus citreas mensas comparasse dicuntur. Eodem pretio ab utroque emptas, nempe sestertius undecim Plinius refert: Tertullianus à Cicerone quingentis millibus nummum (sic enim coniecit Rhenanus, nummum, pro eo quod ante legebatur, non unum, quam emendationem probare est ex Valerio Maximo) ab Asinio bis tantum. Ego pro bis, scriptum existimo his, errore liberarii, pro: H. s. que nota sestertii, quem errorem sape apud Authores occurrere pridem docuit magnus ille Budæus libris de asse, ut ita scripserit Tertullianus, H. s. id est, sestertiorum tantum Asinium Gallum mensam citream comparasse, quot nummis suam emerat M. Tullius. Sestertios eosdem esse cum nummis probatum, ut sit, eodem pretio ab utroque emptas mensas, atque ita conueniet ea parte inter Plinium & Tertullianum. Sola superest pretii differentia, qua non nisi ex nota nata, quibus passim veteres utebantur. Eas si habere-mus ante oculos, liberum esset aliquid coniectare Turnebus hoc loco quem tangimus pro quingentis millibus, substituit quindecim, cuius numerus nota XV. qua ab XI. transuerso tantum apice dissidet. Ut si hic expressum sic fuerit, XI. millibus nummum, belle cum Plinio conueniat, qui undecim sestertii constitisse mensas illas tradidit, siquidem singula sestertia mille sestertios nummos valent. Vereor tamen ne minus à Plinio scriptum fuerit Dubitandi causam præstant hæc Seneca, qua de mensis illis accipienda videntur, libro septimo de beneficiis. Video isthic mensas, & æstimatum liguum Senatoris cœnsu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torfit.

qualances centenarii ponderis. ] Lances vasa escaria. Earum differentia, maxima, media, minima. I. cui lancem ff. de auro & arg. leg. Item quadratæ ac rotundæ. I. si in rem. ff. de rei vind. In maximis lances ille ut ad centenas usque argenti libras earum pondus procederet. Istius ponderis fuisse Romæ quosdam quingentas ante bellum ciuile Syllanum, propter quas & multi proscripsi sint dolo concupiscentium, Plinius author est, quem eius locum alii notauere.

& quidem feruus Claudij. ] Libertum fuisse Plinius ait, at qui liberti, nisi ante serui?

Quinquagenarium promulsidem. ] Promulsidem dixit pro vase promulsiario, ut Authores nostri loquuti sunt in l. est. §. argento fact. ff. de auro & arg. leg.

supra dictis fortasse mensis. ] Veterem lectionem, fortasse an, pro: foissitan, comprobat Cuiacius libro nono Observationum, capite decimo.

debut & triclimum. ] Ædificari, conueniens tanta moli promulsi-darii.

imergo æque scalpellum. ] Et hoc instrumentum chirurgicum,

quod ad medicinam pertinet. Accipitur pro phlebotomo, & pro nouacula. Pro phlebotomo vide apud Senecam in epistolas ad extenuandum corpus vena percussit. Non opus est vasto vulnere diuidere præcordia, scalpello aperitur ad illam magnam libertatem via, & puncto securitas constat.

Qua Vedius Pollio ] Sic Plinius eum appellat libri noni capite vigesimo tertio. Sed Dio & Dionis compendiasies Xiphilinus, apud quos integra constat historia, Ouidium pro Vedio nuncupant. Seneca libro tertio de Ira, ubi & eadem historia refertur, vocat Aetidium.

delætatio terrenæ bestia. ] Tenerè legendum esse putat Latinius, quam eius coniecturam volentes sequimur, & veram esse probauimus Breuium criticorum libro priore, atque adeo probant que sequuntur, edentule exunguis, ex ornis. Quamquam Aristoteles & qui de natura animalium scripsere ceteri plane omnes, murana dentes tribunt: de hoc physici viderint.

feras cogere. ] Quales sunt qua dentibus, ut apri, canes: vnguibus, ut leones, aquila: cornibus, ut cerui, & viri ac boues sanium.

Qua Hortensius orator. ] Id Varro libro tertio de agricultura, & post eum Plinius libri decimi capite vigesimo, Macrobius denique (sed is ex Varrone) libris Saturnalium.

qua Aufidius Lurco. ] Et hoc etiam Plinius, Aufidium Lurconem ex sagina pauonum reditum sexaginta millia comparasse.

& coactis alimentis. ] Vide ne legendum sit coctis. Educandorum pauorum hanc rationem Columella libro octauo, capite undecimo edidit, ut ex quouis frumento cocta pulicula iis exhibeatur in alimentum. Si verus hæc lectio magis placet, coactis alimentis, ea intellige que subacta sunt, quibus plerumque saginari pauones & gallina solent, vel intellige potius ea ad qua edenda coguntur. Postrema huic interpretationi fauet Seneca in epistolis: Alia gratiora (inquit) si recentia perferantur ad mensam, alia si diu patta & coacta pinguescere fluunt. Et in consolatione ad Albinam: Iumentorum corpora differata & coacta pinguescere Fauet & Iuuenalis Satyra decimatertia.

„Contentus vexare oculos humore coacto.

qua A finius Celer. ] Ex Summonico historiam recenset Macrobius libri tertij Saturnalium capite decimo septimo, ubi & consularem virum vocat, recenset & Plinius libri noni capite decimo septimo, sed uterque à Tertulliano dissidet in ponendo pretio, quo nulum Celer comparasse dicitur.

Quæ Æsopus histrio. ] Vulgata paromia est, Æsopi patina, quem titulum fecit Plinius capiti quinquagesimo primo libri decimi naturalis historia. Ex eo loco, pro: centum, sexcentum millium, hic restituit Iunius, quem alii sequuntur Jun. Quid si Plinii codex vitiosus: ita est sane, & ab eodem ipso Plinio emendandus, quo alio loco ei cum Tertulliano conuenit. Errorem deteximus, & expurgauimus in breuius criticis.

qua filius eius. ] Totam hanc historiam pauculis expressit Horatius libri secundi Satyra tertia.

„Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,

„Scilicet vt decies solidum exorberet, aceto.

„Diluit ingentem baccam.

Sed & eidem filio illud ipsum quod de patre ante relatam est tribuit Valerius Maximus libri noni capite primo, tam perditæ ac furiose luxuria fuisse, ut cantu commendabiles auiculas ingentibus emptas pretiis, in cœna pro fœdulus poneret, & aceto liguatos vniones magne summa potionibus aspergeret. Id postremum & Cleopatra fecisse, Plinius libri noni capite trigesimo quarto, & Caligulam, Suetonius capite trigesimo septimo vite ipsius Authores sunt.

margarita vel ipso nomine pretiosa. ] Ipso nomine, hoc est, ipsa fama. Nam in nomine, siue appellatione, nihil est quod ad pretium spectet.

taceo Neronæ & Apicij. ] Plures certe Apicij, quorum ad omnem luxum mirum ingenium. Vnus à Possidonio celebratus, qui veteri republica vixit, alter qui Augusti & Tiberij temporibus, de quo Seneca pluribus locis, tertius ætate Traiani, de quo Suidas. An etiam plures Neronæ & Ruffi? Vel vnus exemplo malo qui eandem vita turpitudinem sequuntur, cognomen sortiri solent.

dabo catharticum. ] Quomodo eleganter perstat in Metaphora que de dicenda medicina premissa est. Post cauterem, post scalpellum, catharticum medicamentum, quod purgendi vim habeat. Insulse pro eo tam eleganter dicto Crinitus substituit, dabo auctorem tacitum. Sed non est hic reprehendendi locus.

impunitati Scauri. ] De Scario Pamelio à Seneca, cui addendum quod Cornelius Tacitus libro sexto Annalium scribit, nobilitate insignem, vita probrosam fuisse. De Antonio M. Tullius plenus pagina. Sed vnus hic locus adhuc Authorem facit maxime, quo scribit nunquam sobrium eum fuisse. Is existit Philippica secunda, & huic respondet quod Seneca in epistolis de eodem: Magnum virum, & ingenii nobilis, quæ alia res perdidit & in externos mores & vitia non Romana traiecit, quam ebrietas? De Curio Crinitus.

sermone inquit me suafisti. ] Placet quod Pamelio, pro: inquit, legendum, inquit. At hoc amplius placet, pro: suafisti, legendum, sanauisti. Euius emendationem istam metaphoram in qua tantum sibi constituit Author, & quod statim sequitur, medicamine sapientissimo. Sic Seneca in epistolis sanantes literas dixit.

ipse habitus sonat. ] Ambrosius in primam Epistolam ad Timotheum capite secundo. Humilis habitus bonæ professioni conuenit, vt possit non aliud æstimari, quam cernitur. Hieronymus libello de vitando suspecto contubernio: Vestis ipsa vilis & pilla, animi tacentis indicium est. Idem in epistolis: Sordidæ vestes candidæ mentis indicia sunt, vilis tunica contemptum sæculi probat Athe-



A

nae ex Alexide & Philearo elegans in eam rem sententia, exstat libro primo, ex quo tu loquor petas licet.

videat omnia philosophia. ] Quia proprium & quasi peculiare indumentum Philosophorum pallium.

de meo vestiuntur ] Commune iam factum esse pallium omnibus bonarum artium professoribus, ex eorum enumeratione colligit, factum à primis ad ultimos progressu. Et vero aduersus reprehensionem habitus prescriptio ista singularis, quoniam, ut eleganter Cassianus de habitu monachi differens, nisi insolens sit diueritas, non offendit æqualitas.

primus informator literarum. ] Abecedarius, siue, ut loquitur Arnobius, elementarius.

primus edomator vocis. ] Qui syllabarius Hieronymo.

primus numerorum arenarius. ] Calculator, qui Græcus, διαφρακτικός, de quo in l. spadonem. 15. ff. de exc. tut. Artem calculatorem inter liberales non recensere veteres, quod probat l. oratione. 4. ff. de professoribus. Ideone calculatur numerorum arenarius, quod calculi quibus numeros docet ab arena petantur, longe diuersus ab Arithmetico? An numerorum arenarius ipsam Arithmeticum significat qui plerumque in arena & puluere numeros describit? Quod prius est magis placet, siquidem Arithmetica inter liberales disciplinas computatur, de quibus necdum cepit Author agere.

E

& Grammaticus. ] Liberalium artium illa primaria, quæ ceteris seruiunt & præeunt, Grammatica, Rhetorica, Dialectica: per Grammaticam ascensus ad Rhetoricam, per Rhetoricam ad Dialecticam.


& sophista. ] Dialecticum intelligo, cuius imitator sophista, ceterorum nomina & artes nota, sunt: Medici, Poeta, Musici, Astrologi, Geometra.

quatuor meis angulis. ] Quadratum fuisse pallium, de quo hic agitur, supra dictum est.

plane post Romanos equites. ] Valde corrupta hæc oratio, quæ constabit sibi, explosa voce verum, hoc sensu, pallio philosophos & honestissimarum quarumcumque scientiarum professores uti, cum toga non solum Senatores & equites utantur, sed & plebeij, atque ex plebeij quosque vel turpissimos & abiectissimos.

at ego illi. ] Hoc postremo Christianum se profitetur, ut qui honorem accessisse pallio hunc dicat, ut Christianum vestiret, cuius religio melior Philosophia sit. Sic Minutius Felix se factum Christianum de profundo tenebrarum in lucem sapientia, & veritatis emerisse, in Octauo gloriatur. Scilicet ethnicorum philosophia, falsa sapientia, sola hæc vera quam Christus docuit, qui cum Deo Patre & Spiritu Paraclito vixit in secula.

F I N I S.







# ARGVMENTVM IN Q. SEPTI- MII FLORENTIS TERTVLLIANI LIBRVM DE PALLIO.

*Per Emundum Richerium, Doctorem Theologum.*



**V**ETERES Christiani, cum ipso viuendi gene-  
re, omnibusque actionibus suis, incessu, vultu,  
gestu, & totius corporis habitu, veritatem pie-  
tatemque singularem, quam religio Christia-  
na commendat, pra se ferre cuperent: vesti-  
menta illa, quibus plus inerat modestia mi-  
nusque fastidii ac sumptus, merito elegerant.  
Quocirca praeter interulam ( hoc est, vestem  
quamdam laneam puram & simplicem ) nullum ferme aliud vesti-  
mentum intrinsecus gestare, extrinsecus autem pallio tamquam mo-  
destiore & expe ditio re indumento se contegere, omnesque nudis pedi-  
bus incedere, aut puris saltem & nullo plane artificio lucentibus cal-  
ceis uti consueuerant. Hinc autem accidebat ut illi maiorum gen-  
tium Christiani ( quorum paupertate & sanctitate luxus & vitia  
hodierna sustentantur ) ludibrio & despectui ab omnibus haberentur,  
& quoties in populi conspectum venirent, statim aliquem de triuio a  
o 7 eg. i. g. im. p. m. proclamantem audirent, sicut D. Hieronymus ad  
Furiam auctor est. Enimvero, ut toga quondam Romanis, ita pallium  
peculiare erat Graecia populis: qui quoniam apud ceteras gentes male  
audiebant, perfidiaque, ambitione, superbia, & inconstantia labora-  
reputabantur: iccirco maiores nostri, omnia Graecorum vitia &  
sordes, una cum ipsorum pallio induisse, atque ista simplicitate ha-  
bitus, pietatem & sanctitatem mentiri ac simulare credebantur.  
Qua suspitione Tertullianum inter populares suos minime caruisse  
videmus: nam militia Christiana albo inscriptus, postquam abiecta  
toga pallium assumpsit, & in lucem ac praesentiam hominum produit,  
quendam ex familiaribus impie furentem & adlatrantem audiuit,  
Itane a toga ad pallium, ab equis ad asinos: quo ex scommate, vir  
doctissimus, componenda huius scholastica declamationis ( breuissima  
quidem & obscurissima, sed rerum praestantissimarum varietate, &  
historiarum copia refertissima, ) occasionem mutuatus est.

Primum enim ubi Carthaginensibus de nobilitate & felicitate  
institutorum ac inuentorum suorum congratulatus est, pallium eo-  
rundem fuisse indumentum antiquissimum ostendit, ab eo solum tem-  
pore neglectum & depositum, quo ius ferenda toga illis ab Augusto  
Caesare concessum fuit: qua ex ratione, tacite videtur inferre, aequo  
togam Christianis, quam ipsis Africa populis pallium abicere li-  
cuisse.

Secundo, mutandarum vestium consuetudinem ipsius natura in-  
stituta penitus confirmari declarat: quippe cum totum hoc vniuer-  
sum, quantum est, partes singulae mundi, regna, imperia, nationes, ur-  
bes, populi, vario mutationum ludibrio aequaliter sint obnoxii.

Addit tertio, belluas, plumam, pellem, sexum, aetatem, & colorem  
varie immutare: hominemque ipsum (sive a Deo, sive a Deucalione  
ortum) primo originis sua momento, nudum ac inuestem extitisse, &  
proinde vestimentis, quibus se contra aeris iniurias protegeret, indi-  
guisse: qua ex causa varium & multiplex texendarum & suendarum  
vestium artificium manasse designat.

Hinc quarto infert, mutationes vestimentorum non omnino esse  
improbandas, nisi natura legi & instituto aduersentur: ex quo sibi  
deinceps accessionem cum ad virorum, tum ad mulierum impudici-  
tiam, luxum & ambitionem, nec non etiam ad hypocrisim sacerdo-  
tum Ethnicorum criminandam parat: quorum certe morosior &  
spendidior ornatus, quam iste simplex & purus Christianorum mul-  
to magis damnandus est.

Ultimo, concludit pallii, hoc est, salutis causa, non solum togam,  
verum etiam sceptrum & regna omnino exuenda esse: Deinde togam  
cum pallio, vtriusque officium & operam, tam in priuatorum, quam  
in Reipublica usum confert, & explanat: tandemque multis de caus-  
sis planis quidem & exploratis omnibus, pallium toga preferendum  
demonstrat.



# EMVNDI RICHERII, DOCTORIS THEOLOGI, NOTÆ

In librum Tertulliani de Pallio.



**E**t tibi alibi in Africa Tyrios. Nota satis & comperta sunt aliorum de hoc loco restan-  
randa coniectura & verisimile autem id in  
Africa, ex: cioli alicuius notatione, in Ter-  
tulliani contextum irrupisse: siquidem Ty-  
rus, urbs est Phœnicia, non Africa: aliquan-  
do existimant auctorem figurate ostendere  
Tyrios Afros appellari posse, quoniam Car-

thaginenses originem suam à Tyris repeterent, & ijdem prorsus vestimentis cum Carthaginensibus uterentur, sicuti videmus Christianos, eo quod Græcorum pallio se obtegerent, Græcos fuisse nominatos.

2. At cum secularium fortium domina fortuna, &c. Essi locu-  
pleti manuscriptorum testimonio, se hunc hunc ita emendasse: At  
cum secularium fortium variavit rna, viri docti prædicent, anti-  
quam tamen lectionem, eorum emendationi idcirco præponendam  
duco, quia nihil obscuritatis, aut ab auctoris mente alienum præse-  
ferat: imo longe plenior & illustrior videtur hac recentiore: Certum  
enim est, Tertullianum, ex ethnicorum sententia, ostendere, voluisse  
sed ad præteritæ, & iusmè deo rixu ruxuq; ut docent Platonici, qua  
de causa Plinius lib. 2. cap. 7. fortunæ inquit omnia expensa, omnia  
feruntur accepta, & in tota ratione mortalium, sola vtramque  
paganam facit.

3. Ut senium, non fastidium exemptis. Hic locus, omnes Ter-  
tulliani interpretes vehementer exercuit, neque vllum adhuc vidi,  
qui aliquid adferret satis concinnum auctoris menti: alii de nostra  
interpretatione iudicabunt, quam & Septimii instituto congruere ar-  
bitramur: offendit enim inueteratum illud & immortale odium, quo  
Romani & Carthaginenses inter sese contendebant, temporis distur-  
batione ita contabuisse, ut tandem aliquando, hi cum Romanis in gra-  
tiam redirent, & ius toga emerent: qua ratione, inueterato illo odio,  
sed non Romanorum fastidio & superbia, exempti sunt Carthaginenses,  
quia populi Romani legibus & imperio adhuc subiacebant. Cæterum  
in his verbis, Ut senium non fastidium exemptis, notare debet  
hellenismum, vel poeticam synecdochem, quasi dixisset, vobis senio,  
non fastidio iniuriarum exemptis.

4. Et longas Cæsaris moras. Verba hæc de mora & tempore quo  
C. Cæsar residit in Africa, ut bellum contra Pompei liberis inceptum  
conficeret, omnes alii intelligunt: ego probabilius ad Augustum Cæ-  
sarem referri posse existimo, ut sensus sit, libertatem sero admodum  
Carthaginensibus concessam ab Augusto Cæsare, quoniã longum tem-  
poris intervallum à Carthaginis excidio in hæc iocundissimum diem,  
qua ius ferenda toga Carthaginensibus tributum est, decurrit: adde  
præterea moram omnem, etsi minimam, maximam tamen & permo-  
lestam esse afflictio & desideranti: & ut ait Plautus, bilem in nasum  
concire.

5. Vestitrahum. Ego Iosepho Scaligero assentior, & legendum puto  
vestitrahum, aut vestitextum, ita ut ad Mercurii historiam arietem  
deglubentis, de qua paulo post discemus, alludere videatur. Arius porro  
vestitrahum, aut vestitextus dicitur, quia materiam texendis ves-  
tibus per commodam trahat & suppediet.

6. Ne Pœnicum inter Romanos. Locum menda suspectus, & ut  
explanetur à Pœnicum, diuisim legendum, & per figuram Tertul-  
liano familiarem, subintelligendum verbum aliquod censeo: sic ita-  
que in integrum restitui, ne Pœni, cum inter Romanos aut erubescant,  
aut dolcant, sub auditio verbo fuerint, aut referantur: nisi quis  
à Pœnicum pro Pœnicus legere velit, quadam Græcorum imitatione,  
apud quos nomina etiam propria virorum & mulierum finiuntur  
in um, ut Pœgnium, Glycerium &c.

7. Ipse quem Plato æstimat. Platonici existimantur in vnoquoq;  
genere rerum, aliquid esse primum & excellentissimū, quod esset causa,  
regula & exemplar aliorum: ideam vulgo nominant, eamque per  
excellentiã autem, & ut præteritæ, hoc est, ipsum quodque, se-  
ipsa & semper existentem vocant: quo certum est Florentem nostrum  
respexisse, & idcirco id P s e vncialibus literis excudendum censui:  
videndus Plato 6. de repub. & Arist. cap. 6. lib. 1. ad Nicomachium: ve-  
rum quæ hic de variis mundi mutationibus attextuntur, ius conformia  
sunt quæ habet Arist. lib. de mundo ad Alexandrum.

8. Nulla iam Delos. Hæc referenda esse dyco ad fabulã vel historiã,  
de Delo insula fluctuante, quã propterea Græci Delos id nomen dederunt  
qua de re videndus est Pindarus apud Strabonem lib. 9. quoniam locus  
ille inter Pindari opera non extat: consulendus item Plinius li. 2. c. 12.

9. Hæcena: Samos. Iacobi Pamelii coniecturam sequi, quam ab

antiqua lectione recedere, & more aliorum nescio quæ forsitan ab au-  
ctoris proposito aliena, inuehere malui.

10. Non in Atlantico. Quid hic augurer nescio, & quamquã mi-  
hi compertum sit, lingua Dorica quod non in usurpari, idq; tunc si-  
gnificare, at tamen Tertullianum ita loquutum fuisse (tametsi id præ-  
senti loco appime conueniat) affirmare non adeo: velle enim videtur,  
litus sive insulam quandã desiderari in mari Atlantico, quam mul-  
ti nouum esse orbem à Christophoro Columbo repertum, probabiliter  
existimant, quia hæc mundi pars, Asian & Africanam magnitudine  
& vastitate æquat vel superat.

11. Et solus audiebat. Verbis honesta impietatem Sodomitarum  
adumbrat: semper ego locum hunc corruptum, ideoque ita reforman-  
dum censui, & scelus audiebat, ut potius & scelus odio habebat.  
Nam in sacris literis per uidebat: totã enim Deus dicitur gemitu & se-  
clara hominũ exaudire. Quod si quis lectionẽ antiquam, ut facta tecta  
est, velit retinere, sensus erit Sodomitas sibi solis, non Deo, nõ Angelis, nõ  
piorum hominum voci credere, & auscultare voluisse, quod maximũ  
est scelus, ac idololatria & ariolandi peccato comparatur, i. Reg. ca. 15.

12. Iam inde à Nino Beli progenie. Locus valde implicatus, cui  
lucem adferemus si duplicem de regnorum & monarchiarum origine  
opinionem constituerimus: prior est veterum ethnicorum, qui Ninum  
primum fuisse monarchã autumant: at si nobis cui & mundi historia  
patent, inquit Septimius, ut reuera patet, quia diuina lectissimus,  
comperiemus Ninũ non fuisse primum Regẽ, sed Nimbrod, qui centum  
viginti annis Ninum præcessit, & primus omnium regnauit.

13. Cogitans omnia sibi domum. Puto nos germanum huius loci  
sensus, à quo alii longe aberrant, elicuisse: etenim post Isai, cap. 66.  
Tertullianus designare videtur, mundum esse tẽ deũ eixntãgou ut confir-  
mat Aristoteles libro de mundo ad Alexandrum: ex quo inferitur,  
Deum nullam mundi, hoc est domiciliũ sui partem negligere, aut in-  
cultam deserere debuisse, cum præsertim cœlum sit sedes, & terra sca-  
bellum pedum Dei: hinc effectum est, ut diuersas colonias duci vo-  
luerit, & frequentiores populos quã fieri, ex quibus velut surculos, ad  
alias mundi plagas excolendas & inhabi:andas, defringeret.

14. Præsentis imperii triplex virtus. Triplicem hanc imperii vir-  
tute de Seuero patre, Antonino filio, & Claudio Albino imperii con-  
sorte interpretatur Pamelius: at, nisi valde fallor, hoc probabilius ad  
Seuerum, & duos eius filios, Antoninum, & Getam referre possumus,  
ut etiã hæc Tertulliani verba arguunt, eradicato omni aconito hos-  
tilitatis, exsecto & rubo subdole familiaritatis, quibus certum est  
Claudium Albinũ, aque ac Pescennium Nigrum intelligi, quia ut re-  
cte monuit Lucanus, Omnis potestas impatiens consortis erit. Præ-  
terea ipse euentus id satis confirmat, quoniã Seuerus anno quarto im-  
perij sui, Albinũ de medio sustulit, & filios in consortium & administ-  
rationẽ imperij admisit, ut his aliis verbis putat ut inuenerit, Deo tot Au-  
gustus in vnum fauente: qui contextus, filijs Seueri, quã Claudio Al-  
bino melius videtur cõgruere: adde, præclara Seueri instituta, quæ hic à  
Septimio recẽsentur, non viuis, & superflite Claudio Albino promul-  
gata fuisse, quia statim post Nigri interitum ille à Seuero Pertinace  
prostratus est.

15. Quot census transcripti. En instituta politica Seueri, qui Xi-  
philino & Spartiano in vita Seueri referentibus, princeps fuit optimus  
ac leges reipublice admodum salutaris publicauit, adeo ut senatus il-  
lum aut nasci, aut omnino mori non debuisset iudicari, propterea quod  
peruultus esse reipublica, paulo tamen crudelior quam par fuisse.

16. Quod ordines illustrati. Iacobus Pamelius, hoc de ordinibus  
militariibus interpretatur in vita Tertulliani: Ioannes Propertius de  
senatu Romano: at ego verbus huiusmodi, quot populi propaginati,  
in eam inducor sententiam, ut existimẽ id reuera esse intelligendum  
de coloniarum ordinibus, cuius nempte & decurionibus: nam populos  
propaginare Tertullianum, idem est quod aliis coloniã ducere: ordines  
porro illustrare, curias & decuriones constitueri: in coloniis autem &  
municipiis, curia instar minoris cuiusdam senatus, decuriones vero  
quasi senatores erant, ex quibus magistratus coloniarum, dumviri  
scilicet, & aediles, & dicatores creabantur, magnisque immunitatibus  
& priuilegiis ab optimis principibus donabantur: & hoc videtur in-  
nuere, dum ordines illustrati à Seuero demonstrat.

17. Et quidem de cataclitis &c. Vides crucem omnibus Tertullia-  
ni interpretibus ab ipso Tertulliano erectam: Iacobus Pamelius id  
cataclitis ita explanat, ut Florentem nostrum plumam pau cum  
stratis & lectis mollioribus conferre putet: Mercurius arbitratur  
Septimium indicare plumam pau sic politam, obduãam, & occlu-



A sam esse, ut nullus in eius collo hiatus appareat: qui ad paui colorem Tertulliani verba referunt, meo iudicio, proprius ad scopum accedunt: Theodorum Marcilium virum doctissimum aliquando super eare consulit, quem in ea esse sententia animaduerti, ut legendum censeret de cataclista, quo vocabulo colorem varium, & undulatum intelligebat: Ego diu multumque dubitavi, an locum hunc ex alterius loci collatione, qui est apud Apuleium li. 11. asini, emendare, an vero Apuleij contextum, ex hac Florentis nostri lectione restituere deberem: ita habet Apuleius, amœnus lectissimæ iuuentutis, veste niuea & cataclista prænitens sequebatur chorus, quo loco vestis cataclista, non quidem παρὰ τὸ κατακλίειν, quod est, occludere, sed à verbo κατακλίω, inundo, irriquo, abluo deduci, atque etiam longe aliud significare videtur, quam Beroaldus & Mercurius putarunt, colorem scilicet dilutum, floridum, & clarum, vulgo dicimus couleur vif, couleur éclatante, cui surdus, fuscus, pressus, aut nigricans color opponitur, couleur sombre, & fort chargée: de quo genere coloris agi à Tertulliano rebus conuincam necessariis, cum enim purpureus color, ex rubro & caruleo componatur, tresque coloris Tyrii aut purpurei species existant, lucidus, fuscus & inter hos duos medius, compertumque sit omnibus, collum paui esse coloris purpurei nigricantis, qualem fere videmus esse colorem violarum martiarum, cest vn violet brun & fort charge: oportet Tertullianum designare voluisse, plumam paui, esse conchyliati, obscuro & depressi coloris: quare τὸ cataclista in genere & natura colorum id erit quod Latine dicitur pressus, adstrictus, fuscus & obscurus color: quid autem sit color pressus, docet Plinius li. 35. cap. 6. dum quandam sinopidis speciem pressiore constituit, ut rouge obscur, plat, fort couuert. Et proinde arbitror τὸ cataclista dici à Tertulliano παρὰ τὸ κατακλίειν quod est decludete, adstringere, comprimete. Quocirca auctorem nostrum quasi hac expressisset verba, ita interpretabor, quamquam & pauo pluma vestis, & quidem de coloribus Tyriis obscuris, imo omni conchylio obseuerioribus: etenim nimio breuitatis studio, bis in mentionem purpura aut conchyliati coloris incidere noluit, sed id cogitandum lectori reliquit. Aliam insuper coniecturam adducam, aliquando enim contextum hunc ita adhuc posse interpretari censui, ut Tertullianus plumam paui florere, aut splendere instar coloris purpurei constricti, aut depressi demonstraret, quo enim pannus aliquis depressor, eo & lucidior est

18. Nam cum illi coloris proprietates vna sit, &c. Causam mutationum diuersarum chamaeleontis subindicare videtur: philosophi enim docent, quæquid aliud admittit, debere esse in potentia ad illud quod recipit, sicut oculus nullum actum colorem, omnes potentia continet, & ubi aliquem habet actum, probe de aliis sentire nequit, ut in rege laborantium compertum est, quibus propter nimiam bilis suffusionem, omnia flaua & amara videntur. Cum ergo chamaeleon pellem glabram, leuigatam, & transparentem habeat, sitque in potentia ad varios colores, tanquam speculum aliquod ad diuersas imagines excipiendas, mirum esse non debet si omnium rerum colores, quibus ad hæsit (albo & rubro exceptis) statim induat: nam albo & rubro colore suffundis aut affici non potest, eo quod illos iam actu continet: album quidem propter pellem lucidam, nimioque aere & vento distentam: rubrum autem forte, quia pulmone ingenti, & exiguo sanguine animalis istud præditum est.

19. Et Afer legit ea. Qui Afris nomine historiographum, aut alium quempiam priuatum interpretantur, toto errant caelo, ut etiam ille qui locum hunc mendæ insimulat, & nescio quæ de magna Decrim matre inuehit: ipsius auctoris testimonio nihil immutandum, peritiam hanc de Afris & Carthaginiensibus explicandam esse demonstrat, quia inquit Tertullianus, cedo iam de vestro Æ Carthaginienses, & ea in medium adducam, quæ omnibus Afris trita & peruulgata sunt.

20. Diglubasse oueculum. Non nouum est Tertulliano in vocabulis literam vnam pro alia, Græcorum more, substituere, ut hoc in loco diglubasse pro deglubisse vsurpauit: quo verbo antiquorum morem adumbrat, qui ut Plinius auctor est li. 8. cap. 48. non tondabant, sed uellebant ac deglubebant oues, quæ ex consuetudine uellebris nomen extitit: uidentur Varro, lib. 4. de lingua Latina.

21. Sacer suggestus. Soli Septimio familiare esse existimabam suggestum pro pallio & indumento vsurpare, sed Claudius Boulaucantius Belgæ, magni illius Lipsii discipulus doctissimus, me monuit, veteritiam Glossario, suggestum duo significare ὄρεος, βῆμα, indumentum, & locum ex quo habentur orationes ad populum: quantum uero ad titulos attinet, quorum hic meminit auctor, uidentur est Scalliger in Festum & Varonem.

22. Qui pridie rugas ab exordio formet. Toga figuram nobis depingit, & quantum sollicitudinem habitus iste requireret, declarat: hæc autem ut facilius perciperentur, quæcumque ab aliis auctoribus de Romanorum togæ expressa sunt, hic accumulanda censui. Primo quidem satis constat ex Fabio lib. 11. cap. 3. genus hoc indumenti potius ad palli nostri, quam ad alicuius uestis speciem casum & consutum fuisse: figura enim erat rotunda, manicæ carebat, & quo magis distenderet, turgeretque, nulla constringebatur Zona: adde præterea nullam fuisse togam minorem sex uulnis aut cubitis, si Porphyrus Horatii interpreti in librum Epod. Ode. 4. ad sentiamur: propterea aut quisq; animo ad diuitias plus aut minus tumebat, eo & vastiore profusoremq; togam gestare consueuerat, quoniam huius uestimenti splendor & dignitas, in rugarum, tabularum, sinuumq; diuersorum uarietate & artificio, eminebat: quod artificium tum ab ipso Tertulliano, tum ab Apuleio li. 11. Asini, figmentum uim bonis con-racti, tabularum congregatio tabulata, & aliis eiusmodi nominibus, appellatur. Quibus ita præmissis

me ad exprimendam togæ figuram, & singulas eius partes explicandas lubenter accingo, ac seruatum ab auctore nostro ordinem sequor.

Icon Senatoris togati.



A R V G A in tiliarum formam, hoc est, in longum diducta & extensa.

B Tabulatum toga, tabula autem est latitudo & amplitudo uniuscuiusque rugæ, quandam tabula effigiem representans.

C Altera pars anterior togæ, ab humero & brachio sinistro propendens, & magnum illum sinum anteriorem efficiens: sinum autem uocant eam togæ partem, qua genua & pudenda cooperit, gremiumque efficit: etsi enim uarii sinus & complicationes in toga existerent, tamen hæc pars proprie & per excellentiam uocatur sinus, quam Iulius Cæsar, uulneribus aduer-ariorum confossus, ut honestius caderet, & partem inferiorem corporis uelaret, manu sinistra apprehendit, & ad ima crura deducit, ut auctor est Suetonius c. 82.

D Toga ambitus, à collo & cervicibus pendens, & se hinc in utrumque latus, & partem anteriorem corporis, æqualiter diffundens: Siquidem altera pars togæ in laeuam, ad sinum & normalem angulum, altera uero ut tabulatum, quod in dorsum reiciebatur, contingeret, ad manum dexteram ita propendebat, ut manus dextera cum brachio, ad uisum, motum, & gestum corporis, libera & expedita relinqueretur, nisi forte primo anno, quo adolescentis uirilem togam inducebant, quæ, teste Cicerone pro Cælio, toto illo tempore, brachium utrumque intra togam inuolutum & cohibitum continebant, nec illis fas erat manus extra togam exerere, hocque, ut modestiam ediscerent.

E Tabulatum, ex dextero latere togæ procreatum, reiciebatur in tergus, quo brachium & manus dextra solutior & explicatior ad omnem usum relinqueretur.

F Sinus, siue pars anterior togæ, iugulum & pectus quodammodo munit, ac in formam baltei aut cinguli cuiusdam, à dextro in sinistru humerum obliq; circumducitur, ut nec stragulet, nec distuliat, inquit Fabius.

G Normalis angelus Quiritaliani, à sinistra brachio emergit: toga enim à manu laeva in dexteram diducta, magni alicuius anguli figuram præ se ferebat.

H En pars anterior tunica, quæ toga minime obtegebatur.

23. Nihil officio aduigilo. Locum hunc de iuri-consultorum officio interpretati sumus, qui sub galli cantum adiri solent à consultoribus, ut do cet Horatius I. Sermonum I. Claudius Boulaucantius iam ante à me laudatus, & primo ordini Cardinalitio præfectus, intelligendum censeret de togatum studio & solici udine, qui summo mane optimatum fores, ut salutaribus munus & officium erga patrones & optimates adimplerent, obsidebant: quam coniecturam probo, neque tamen huic loco satis conuenire arbitror, quoniam Tertullianus præstantiora toga officia, non illa obscura & sordida recenset.

24. Cancellos non adoro. Legendum autem Cancellos non adorior: etsi enim sciam prætorum dignitatis & decorus sui tuendi causa, cæcos à pratorio longius arcuisse, propterea quod magistratuum fasces & insignia uidere, aut reuereri non possent, at tamen nihil ne de cancellis & fori repagulis adorandis, etiam apud Agathiam Scholasticum uidisse memini: adoriri autem cancellos Gallicè dicimus se barrer, prendre place au barreau, quod magno cum studio, et impetu quodam à Patronis nostris fieri an imaduerto.

25. Soleo de qualibet ara, vel margine. Veteres medici tum ex templo, tum ex triuio medicinas præscribebant: ex templis, quia auctore Plinio li. 29. c. 1. in more positum erat, ut qui morbo fuissent liberati, historia totius periculi & auxilii in eade deorum & præcipue Apollinis



A

aut Esculapii appenderent, ut similitudo postea ad medelam proficeret: quibus ex tabulis Hippocrasem, clinicen, medandi rationem instruisse idem refert Plinius: Ex trivis demum coniecantur mederi, quando aliunde pharmaca & remedia, puta ex herbis, plantis, lapidibus, frugibus, & aliis rebus in medio, communi & facili visu positissimum assiduebant: quorum exemplo dum ista morum nefariorum propudia aperit Tertullianus, de trivio & margine: de templo autem & ara mederi censetur, quando idolatriam & falsam religionem ethnicorum in Apologetico confutat.

26. Delectatio terrenæ bestię & edentulæ, &c. Hic ego eribitus de causis Francisco Luno assentior, & Tertulliani verba de Pollione, non de muranis interpretor: quanquam enim muvænæ in locis aqua carentibus more anguillarum serpent, & aliquandiu etiam extra aquam vivunt, tamen bestię sunt aquatiles, non terrenæ: secundo dentes habent longos, acutissimos & recurvos, non solum in maxillis, sed etiam in palato, suntque morsus ferissimi & truculenti: tertio quoniam auctor meminit terrenæ bestię in singulari, non in plurali numero, quod necessarium esse videbatur, si per terrenas bestias, muranas non Pollionem designare voluisset. Quod autem Pollionem bestiam edentulam exunguem & excornem nominat, mirum nihil est, cum homines non se belluarum more, dentibus, unguibus aut cornibus tueri & protegere soleant.

27. Elinguis philosophia vita contenta est. Ostendit doctrinam Evangelicam non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis Dei positam esse, cap. 2. prioris

ad Corinthios, quia, ut recte docuit Tertulliani discipulus de bono patientia, Christiani non tam verbis quam factis philosophantur, nec vestitu, sed virtute sapientiam præ se ferunt, & virtutum conscientiam magis quam iactantiam horunt.

28. Primus numerorum harenarius. Ad eruditum pulverem Mathematicorum alludit, de quo passim Marcus Tullius meminit, præsertim 2. de natur. deorum & 5. Tuscul. Humilem inquit homuncionem à pulvere & radio excitabo: antequam enim arena & pulvere loco palimpsesti aut cartæ delectis vii consueverant, ut recte post Brodæum li. 1. miscellaneorum cap. 1. notavit Lunius: scitumque est, Archimedes in ipso pulvere erudito occupatum, à militibus Romanis qui Syracusas inuaserant, fuisse trucidatum, ut notavit Plutarchus in Marcelli vita.

29. Qui volaticam spectat. Mirum est valde, cur vir eruditus per volaticam Geometriam intelligat, cum volatica à vola, concava & media parte manus, multis figuris & lineis distincta & insignita, denominetur: in qua parte inspicenda & consideranda æque ut res vel æquæno: omnino insudant.

30. At ego iam illi diuinæ sectæ. Iacobus Pamelius hac de solo Tertulliano intelligi vult: Ego non de priuato quopiam, sed de doctrina Evangelica, & vniuersis Christianis interpretari debere contendit, ut sensus sit, pallium non modo vsui esse artium liberalium & philosophia, sed etiam doctrinæ Evangelicæ professoribus.


F I N I S.





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in two columns.

F I N I S





















TERTULLIAN  
PAMELIJ.

TOM.

I. II. III. IV. V.

B  
S  
630